













**HIERARCHIA CATHOLICA**  
**MEDII AEVI**





# HIERARCHIA CATHOLICA MEDII Aevi

SIVE

SUMMORUM PONTIFICUM, S. R. E. CARDINALIUM,  
ECCLESIARUM ANTISTITUM

SERIES

AB ANNO 1198 USQUE AD ANNUM 1431 PERDUCTA

E DOCUMENTIS TABULARII PRAESERTIM VATICANI  
COLLECTA, DIGESTA, EDITA

PER

CONRADUM EUBEL, S. THEOL. DOCT.  
ORD. MIN. CONV. DEFINITOREM GENERALEM  
OLIM APOSTOLICUM APUD S. PETRUM DE URBE POENITENTIARIUM.

EDITIO ALTERA.

188954  
30.4.24

---

MONASTERII MDCCCXIII.

SUMPTIBUS ET TYPIS LIBRARIAE REGENSBURGIANAE.

SEEN BY  
PRESERVATION  
DATE .. FEB. 1. 0. 1932 ..

EX  
#51  
E83  
1913  
V.1

## Praefatio.

---

Cum tertio huius Hierarchiae Catholicae volumine ad finem perducto primi voluminis exemplaria omnia fere divendita essent, negotium ad me delatum est, ut id denuo typis exscribendum curarem.

Id eo gratius mihi accidit, quod quae partim ad calcem alterius voluminis correxeram, partim postea corrigenda mihi se obtulerant, nunc suo loco in primi voluminis altera editione emendaturus sum.

Cum enim in sexto et septimo Bullarii Franciscani voluminibus conficiendis, quorum illud anno 1902 hoc 1904 foras datum est, Registra Summorum Pontificum in tabulario Vaticano asservata percurrerem, in ea parte qua agitur „de diversis formis“, „de indultis“, in epistulis „de Curia“, in libris „diversorum cameralium“ multa atque gravia inveni de episcopis illis temporibus promotis; e. g. legi aliis episcopis tempus esse prorogatum, quo munus consecrationis acciperent, aliis licentiam esse datam, quo id munus sine praeiudicio iuris metropolitani a quocumque maluissent episcopo catholico acciperent, alios nuntios vel collectores S. Sedis Apostolicae esse nominatos.

Qua in re cum alii viri doctissimi, qui in archivo S. Sedis studiis vacant, tum ante omnes Rmus Dominus Paulus Maria Baumgarten doctor, praelatus domesticus S. Sanctitatis, magnopere me adiuverunt, cum quae ipsi indagaverant mecum communicarent. Cui omnibusque, qui de opere bene meruerunt, debitam gratiam toto animo refero.

Neque libros typis exscriptos, qui ad eandem rem pertinerent, neglegendos esse arbitratus: in primis Registrum Sacrum Anglicanum ed. S t u b b s excussi, in quo dies consecrationum eorum episcoporum referuntur, quorum sedes in Anglia sunt sitae; deinde primum volumen operis a Rdo P. Fideli S a v i o S. J. editi, quod inscribitur „Gli antichi vescovati d' Italia“, perlegi, ubi seriem accuratorem habes antiquorum episcoporum, qui nondum per provisionem apostolicam, sed per electionem Capitulorum cathedralium promovebantur, tum tabulam illorum episcoporum titularium, qui suffraganeos seu auxiliares episcoporum Cameracen., Tornacen., Morinen., Leodien. agebant, a R. D. P. Ursmaro Berlière O. S. B. congestam. Magnopere vero Rmus Dominus clarissimus Dominicus Willi Ord. Cist., episcopus Limburgensis, sibi me devinxit, quod non medicari erga me studio atque benignitate librum suum, quem „de monachis Ord. Cist. ad dignitatem pontificatus, cardinalatus, episcopatus evecitis“ idiomate Teutonico scripserat, ad me mittere voluit. Multa quidem extremo operi meo intexere poteram, sed, cum prior pars operis jam typis exscripta esset, nonnulla inter „addenda et emendanda“ (pag. VIII) reponere coactus sum.

Duobus magnis voluminibus, quibus Regesta Summorum Pontificum ab anno 1198 ad 1304 existentium continentur (ed. Aug. P o t t h a s t), cum ipse iam in priore editione huius Hierarchiae Catholicae medii aevi componenda nonnulla deprompsissem, quae ad rem spectarent, R. D. Al. L a n g multo plura mecum humanissime communicavit, quae ex opere Pott-hastii hauserat. Eiusdem Al. Langii Acta Salzburgo-Aquilegensia aliqua mihi praebuerunt, quibus quae de archiepiscopatu Salisburgensi eiusque suffraganeis in primo volumine habentur, emendari potuerunt. Etiam cl. v. Langii in me humanitatem gratissima memoria prosequor.

Quae cum ita sint, in hac primi voluminis altera editione vix pagina invenitur, in qua non hoc vel aliud emendatum sit. Quare non erit, qui neget alteram editionem dignam esse, cui etiam in illis bibliothecis, quae primam editionem comparaverunt, iuxta illam locus relinquatur.

Dispositio operis eadem est atque prioris editionis:

**Liber primus**, qui est tripartitus, continet in **prima parte** seriem Summorum Pontificum et S. R. E. Cardinalium secundum ordinem temporum, in **altera** notitiam cardinalium per titulos ipsorum dispositam, in **tertia** nomina et cognomina eorundem cum denominationibus „vulgariter“ adhibitis.

Atque in prima quidem parte ea omnia sunt reportata, quae in registris similibusque libris archivi Vaticani de Summorum Pontificum electionibus et Cardinalium promotionibus sunt notata, neque ea sunt neglecta, quae Contelorius, Giacomius-Oldoinus, Cardella, alii praestantiores auctores hac de re scripserunt.

At nova, quae usui esse poterant, adiecta sunt haec: tum subscriptiones cardinalium, prout exhibentur in Potthastii registis Pontificum Romanorum supradictis tum quae de cardinalibus a curia Romana discedentibus coque redeuntibus in „libris obligationum et solutionum“ notata inveniuntur, tum illa testimonia, quae Baluzius in Vitis paparum Avenionensium exhibuit. — Postquam prima pars ita digesta praesto fuit, ex hac ipsa stabiliebatur in altera parte series cardinalium secundum titulos tam certo modo, ut discrepantiae, quae alibi invenirentur, secus haberi possent et ad annotationes relegari. — In parte tertia non solum enumerantur cardinalium nomina et cognomina secundum ordinem litterarum, sed adiectae sunt etiam denominationes vulgares, quae in codicibus tabularii Vaticani reperiuntur. Inde enim a saeculo XIV. ac deinceps mos invaluit adhibendarum „vulgariter“ praeter titulos aliarum designationum in nomenclatura cardinalium. Veluti, si fuerunt episcopi sive abbates, nomina adsciscebantur dioecesium monasteriorumve, si vero nobiles, nomina familiarum addebantur, ac designationes denique patriae, unde oriundi erant, occurrunt. Conferantur exempli gratia nomina quattuor cardinalium, quos ultimos creavit Innocentius VII. (p. 26 n. 8—11).

**In libro secundo sedes ecclesiasticae, quo facilius inveniuntur, ordine litterarum explicite enumerantur.**

De dioecesibus quadrifariam refertur: primo loco significatur, qua de causa (veluti „per obitum“ sive „per translocationem“ sive „per amotionem“ decessoris) episcopatus vacarit; tum nominatur novus episcopus indicaturque dignitas, qua antea functus erat; tertio notatur tempus, quo ad illum episcopatum sit promotus; quarta demum locus, ubi exstet documentum promotionis, significatur.

Ubi (sc. quarto loco) si remittitur ad registrum Summi Pontificis (cui, nisi in tabulario Vaticano strictissime sic dicto, sed potius in Avenionensi vel Lateranensi tabulariis S. Sedis asservatur, additur „Av.“ vel „Lat.“) vel etiam ad Arm[arii] XII lib. 121, in quo provisiones ab Alexandro V., Joanne XXIII., Martino V. effectae a scriptore quodam saec. XVII. sunt compilatae, vel, si instrumentum provisionis non exstabat, ad „Obl.“ i. e. ad tomos, in quibus habentur obligationes praelatorum pro solvendo servitio communi faciendae, quae brevi post provisionem factam praestari solebant: statuendum est episcopum, ad quem illa fontium indicatio est referenda, per provisionem apostolicam esse promotum. Qui si a capitulo cathedrali ante provisionem factam electus erat, secundo loco addebatur „el[ectus], prov[isus]“. Tamen interdum accidit, ut Sedes Apostolica electum a capitulo reiceret et pro eo alium nominaret, cum electionis habitae vel mentio fieret vel non.

Si vero quis provisione sedis apostolicae generaliter nondum vigente fuerat promotus (sed a capitulo cathedrali ipsius dioeceseos electus), neque igitur documentum in tabulario Vaticano de hac re potest exstare, illi loci indicantur, quibus Gamsius celeberrimus ille auctor operis, cui titulus: „Series episcoporum“, sive alii eandem rem tetigerunt.

Quoniam autem e Registris Summorum Pontificum, maxime Urbani VI., aliqua temporum iniquitate perierunt neque de provisionibus, quae in registris deperditis inerant, alia instrumenta in tabulario Vaticano exstant, raro etiam ad Gamsii opus recurrendum erat.

Reliquum est, ut de appendicibus pauca dicamus. Iisdem vero, quibus prior editio, haec altera ornata est appendicibus duabus, quarum I. exhibet Provinciale Ecclesiae Romanae, i. e. conspectum sedium episcopalium secundum situs terrarum, qua in appendice conficienda exemplaria saec. XIII. vel etiam prius composita adjuvabant, ita tamen, ut et dioeceses postea conditas adderem et alias, ad quas praesules non jam promovebantur, ommitterem; II. vero nomina dioecesium vulgaria ordine alphabetico allata subministrat.

Accedit autem ad has duas appendix III., h. e. elenchus omnium episcoporum, qui eodem tempore, quod hoc volumine complectitur, suffraganeos seu auxiliares aliorum episcoporum agebant, et digestus quidem ordine dioecesium earum orbis catholici partium, sc. Italiae, Hispaniae et Portugalliae, Galliae, Britanniae majoris, Belgii et Hollandiae, Helvetiae, Germaniae, Austriae et Hungariae, Poloniae, in quibus pontificalia exercebant.

In priore quidem huius primi voluminis editione ille elenchus non invenitur, cum volumini alteri adiunctus sit, complectens ibi et primi et secundi voluminum spatia temporis.

Postremo novae emendationes, quae in tomis II et III erant faciendae, adjunguntur.



## Sigla:

abb. = abbas;  
 advoc. consist. = advocatus consistorialis;  
 adiac. = archidiaconus;  
 admin. = administrator, administratio;  
 aep. = archiepiscopus;  
 am(ot). = amotio;  
 a. = annus;  
 ann. = annuus;  
 a. s. a. = apud sedem apostolicam;  
 apost. = apostolicus;  
 apresb. = archipresbyter;  
 bacc. = baccalaureus;  
 benef. = beneficium;  
 cam. apost. = camera apostolica;  
 can. = canonicus, canonicatus;  
 capell. = capellanus;  
 cap(it). = capitulum;  
 card. = cardinalis;  
 cass. = cassatio;  
 caus. pal. apost. = causarum palatii apostolici;  
 cler. = clericus;  
 coadj. (c. j. s.) = coadjutor (cum iure successione);  
 coll. = collatio;  
 comm(end.) = commenda, commendatarius;  
 conc(ed). = concedit(ur);  
 confer. = conferendi;  
 cons(eccr.) = consecratus, consecratio;  
 cons(ist.) = consistorium;  
 const(it.) = constitutus;  
 C. R. = Curia Romana;  
 decr. vel leg. dor = decretorum vel legum doctor;  
 def. aet. = defectus aetatis;  
 def. nat. = defectus natalium;  
 denom. = denominatio;  
 deput. = deputatur;  
 desid. = desideratur;  
 diae. = diaconus;  
 dign. = dignitas;  
 d(ioec.) = dioecesis;  
 disc. = discordia;  
 disp. = dispensatur, dispensatio.

eecel. = ecclesia;  
 el. = electus;  
 ep. = episcopus;  
 epatus. = episcopatus;  
 exped. = expeditio, expediuntur;  
 fam(il). = familiaris;  
 fruct. = fructus;  
 immed. subj. = immediate subiecta (ecclesia);  
 ind. = indultum;  
 ips. eecel. = ipsius ecclesiae;  
 irreg. = irregularitas;  
 irr(it). = irritatio;  
 iuram. fidel. = iuramentum fidelitatis;  
 libr. Tur(on.) = librae Turonenses;  
 litt. = litterae;  
 mag. theol. = magister theologiae;  
 mens. episc. = mensa episcopalis;  
 in min. const. = in minoribus (ordinibus) constitutus;  
 mon. = monasterium;  
 nob. = nobilis;  
 nom. = nomen;  
 nom(in.) = nominatus;  
 not. = notarius;  
 ob. = obitus;  
 obl. se person. = obligavit se personaliter;  
 O. S. B. = Ordinis s. Benedicti;  
 s. Bas. = s. Basilii;  
 Can. s. A. = Canonicorum (regularium) s. Augustini;  
 Carm. = Carmelitarum;  
 Carth. = Carthusianorum;  
 Cist. = Cisterciensis;  
 Clun. = Cluniacensis;  
 Coel. = Coelestinorum;  
 Er. s. A. = Eremitarum s. Augustini;  
 Merc. = Mercedariorum;  
 Min. = Minorum;  
 Praed. = Praedicatorum;  
 Praem. = Praemonstratensis;  
 p. e. = parochialis ecclesia;  
 pens. = pensio;

poemit. = poenitentiarius;  
 poss. = possessio;  
 postm. = postmodum;  
 postul. = postulatus, postulatio;  
 praedec. = praedecessor;  
 prael. domest. = praelatus domesticus;  
 praepos. = praepositus;  
 praes. = praesens (a. s. a.);  
 praes(ent.) = praesentatus;  
 princ. = princeps;  
 prior pr. = prior prioratus;  
 priv. = privatio;  
 procur. = procurator;  
 prof. s. pag. = professor s. paginae;  
 prom. = promotio, promotus;  
 proton(ot). = protonotarius;  
 prov. = provisus, provisio;  
 refer(end.) = referendarius;  
 reg. = regularis;  
 rej. = rejectus;  
 ren(unt). = renuntiatio;  
 reserv. = reservatio, reservatus;  
 res(ign). = resignatio;  
 ret. = retentio, retinet;  
 rev(oc). = revocatio;  
 saec. eecel. = saecularis ecclesia;  
 sacr. ord. = sacri ordines;  
 s. coll. = sacrum collegium;  
 sed. apost. = sedes apostolica;  
 S. R. E. = sanctae Romanae ecclesiae;  
 S. S. = Sua Sanctitas;  
 serv. comm. solv. = servitium commune solvendum;  
 in spir. et temp. = in spiritualibus et temporalibus;  
 subdiae. = subdiaconus;  
 suffr. = suffraganeus;  
 S. P. = summus pontifex;  
 thes(aur). = thesaurarius;  
 tr. = translatio, translatus;  
 ut a quocumque (*adde*: antistite catholico possit munus consecrationis recipere);  
 vac. = vacans;  
 vic. gen. = vicarius generalis.

## Addenda et emendanda.

- |  |  |
|--|--|
| <p>pag.<br/>28 nr. 24: Joannes card. de Murolio, † 1399 Febr. 10, sepultus est (ex ultima volunt.) in eccl. fratrum Min. Claromonten.</p> <p>49 not. 2 ad s. Eustachii lin. 3 lege „ad diac. s. Eust.“ loco „ad s. diac. Eust.“</p> <p>69 ad Achaden.: Carus O'Torpy (O'Torpa) † 1226 et Murhardus O'Hara erant O. Cist.</p> <p>70 ad Acheruntin.: nota 13 pertinet ad textus not. 14 et nota 14 ad textus not. 13.</p> <p>72 col. 1 lin. 2 lege: „ob. Andreae“ loco „ob. Andrese“, quae verba insuper in lin. 3 reponenda sunt.</p> <p>76 ad Agathen.: Raimundus (1192) erat O. Cist.</p> <p>87 ad Anavarzen.: Eiringus erat O. Cist., † 1439 Maii 4, sep. in suo mon. Ebracen.</p> <p>98 ad Aquen. (<i>Acqui</i>) not. 8 lege 1370 loco 1270.</p> <p>102 ad Ardachaden.: Joceelinus O'Tormaig erat O. Cist., res. (non †) 1237.</p> <p>112 ad Assaven.: textus notae 5 pertinet ad Lewelinum (1357), non ad ejus praedec. Joannem.; ejus alter successor Laurentius erat O. Cist.</p> <p>119 ad Autissiod.: Rainaldus de Saligny erat O. Cist.</p> <p>127 ad Bangoren.: Martinus (1215) erat O. Cist.</p> <p>131 ad Bellicen.: Thomas (1249, non 1250) erat O. Cist.</p> <p>134 ad Bethleem.: Rainerius, qui non 1218/24, sed 1210/27 sedisse dicitur, erat O. Cist.</p> <p>138 ad Bituricien.: Guilelmus (1199, non 1200), cujus antecessor ad a. 1199 (non 1200) sedebat, erat O. Cist.</p> <p>141 ad Bosan.: Thomas (1259) erat O. Cist.</p> <p>145 ad Bremen. not. 1 in fine: Waldemarum intrusus † 1237 in mon. de Loccum O. Cist.</p> <p>153 ad Caesarang.: Vincentius de Arag. (1239, † 1244 Febr. 15) erat O. Cist.</p> <p>153 ad Caesaren. not. 5: Joannes erat O. S. B.</p> <p>163 ad Capitoliaden.: Joannes O. Cist. (1350) erat de Volkenroda (non de Walkenroda).</p> <p>166 ad Carcassonen.: Guido (1211) erat O. Cist.</p> <p>167 ad Carnoten.: Gualterus (1219) O. Cist. fuisse dicitur (non O. S. B.).</p> <p>172 ad Castorien. not. 4 add.: „Qui (Hermannus) a. 1408 capellam s. Joannis Ulmen. dioec. Constantien. consecrasset dicitur.“</p> <p>187 ad Cicestren.: Richardo (1215) erat cogn. „le Poor“ (non: le Post).</p> <p>192 ad Clochoren.: David O'Brogan (1227) erat O. Cist.</p> <p>194 Guilelmus O'Finden (Finnan) ep. Cluanen. et Ubertus ep. Clugien., antea abbas mon. de Brondolo, erant O. Cist.</p> <p>207 ad Convenarum.: Arnaldus (1241) erat O. Cist.</p> <p>207 ad Conventren. et Liehef.: Alexander consecr. est Romae ab ipso S. P. 1224 Apr. 14 (non 13); Walterus (de Langton) † 1321 Nov. 9 (non 16); Rogerius (de North-</p> | <p>pag.<br/>burgh) † 1359 Nov. 22 (non 1358 Dec. 13); Richardus (Leskrope) cons. Januae ab Urb. VI.</p> <p>208 ad Corduben.: Lupus de Fitero (1237) erat O. Cist.</p> <p>212 ad Coronen.: inter Haimonem et Conradum inserendus est <b>Thomasius</b>, qui ex. a. 1297 vel in. a. 1298 ecclesiae Turicen. (<i>Zürich</i>) dioec. Constantien. quasdam indulg. largitus est.</p> <p>218 ad Cupersan.: Stephanus (1266) erat O. Cist.</p> <p>220 ad Cusentin. not. 11 lin. 3 lege „Pavonis“ loco „Savonis“.</p> <p>224 ad Diagorg. haec nota 3 addenda est: „Qui (Walterus) suffr. epporum. Bambergen. et Herbipolen. agebat; † 2 Febr. (1381?) apud Carthus. Herbip.“</p> <p>231 ad Dunen.: Radulfus (1212) et Reginaldus erant O. Cist.</p> <p>233 ad Eboracen.: Godfridus Viterbii (ab Alex. IV), Guilelmus (Greenfield) Lugduni, Guilelmus (da la Zouche) Avinione 1342 Jul. 7 (a Clem. VI) consecr. sunt.</p> <p>237 ad Elfinen.: Malachias (1296) erat O. Cist.</p> <p>238 ad Elnen.: Raimundus (1212), Arnaldus (1223, qui antea ep. Aeginen. fuisse dicitur), Raimundus (1225) erant O. Cist.</p> <p>238 ad Elien.: Simon (Langham) consecr. 1362 Mart. 20.</p> <p>257 ad Gabulen.: Ditmarus O. Cist. erat abbas mon. de Volkenroda.</p> <p>268 ad Grossetan.: Pepus (1216) erat O. Cist., † 1239.</p> <p>269 ad Gardien.: Antonio (1392) erat cogn. „de Rossi“ (non „de Roeci“).</p> <p>273 ad Helenen.: Guido erat O. Cist.</p> <p>274 ad Hereforden.: Aegidius cons. 1200 Sept. 24 (al. Jun. 24); col. 3 lege „Jul. 11“ (non q1) et col. 4 „Gams 190“ (non q90).</p> <p>282 ad Jlerden.: Petrus (1236, transf. 1238 ad Terraconen.) et Raimundus (Liscar) erant O. Cist.</p> <p>289 ad Karcolen.: Hugo (1219) erat O. Cist.; Walterus (1224) † 1248 Oct. 28; Joannes (1292) cons. 1292 Sept. 14; Joannes (1325) Febr. 24 (non 25) consecr.; Thomas (1397) cons. 1397 Apr. 23, † 1410; nota 11 haec est: „Consecr. 1400 Aug. 15“; illa nota, quae 11. erat, in 12., et ea, quae erat 12., in 13. mutari debet.</p> <p>291 ad Landaven.: Guilelmus (1219) cons. Oct. 27 al. Nov. 3; Guilelmus (1245) cons. Febr. 19; Guilelmus (1257) cons. Jan. 7 (non 6), † 1266 Jan. 9; Guilelmus (1266) cons. Sept. 19; Joannes (1294) cons. 1297 Febr. 10; Joannes (1347) cons. Avinione; Edmundus (1389) cons. Jun. 20 Romae a Cosm. epo. Bononien. (postm. Innoc. VII); Andreas (1395) cons. Romae; Joannes (1396) cons. m. Jul.</p> <p>306 ad Lincolnien.: Hugo (1209) cons. Dec. 20; Robertus (1235) cons. Jun. 3 al. Jul. 17.</p> <p>312 ad Lubucen.: Laurentius (1209) erat O. Cist.</p> <p>316 ad Lugdunen.: Radulfus (1236) erat O. Cist.</p> |
|--|--|



LIBER PRIMUS.

DE SUMMIS PONTIFICIBUS

ET

S. R. E. CARDINALIBUS.







**Pars prima,**  
in qua Summi Pontifices et ab ipsis creati S. R. E. Cardinales  
chronologico enumerantur ordine.

**I. Innocentius III.**

(Joannes Lotharius e comitibus Signiae, ss. Sergii et Bacchi diac. card.), Romae electus<sup>1)</sup> a. 1198 die 8 Jan. et consecratus ac coronatus die 22 Febr., obiit Perusii 16 Julii 1216.

*S. R. E. cardinales ab ipso creati:*

*a) in prima promotione a. 1198 facta:*

- 1) **Hugo(linus) e com. Signiae**, ejus consanguineus<sup>2)</sup> = diac. s. Eustachii (subscr. 1199 Jan. 4 — 1206 Apr. 30), postea (1206) ep. Ostien. et Velletren. (subscr. primum 24 Maii 1206), denique Gregorius papa IX;
- 2) **Gerardus (Girardus)** = diac. s. Nicolai in carcere Tulliano, qui a. 1199 ad tit. s. Marcelli translatus esse videtur<sup>3)</sup>;

*b) in secunda promotione a. 1199 facta:*

- 3) **Guido Poré (Paré)**, abbas Cistercii = ep. Praenestin., qui a. 1204 fit aepus. Remen. et 1206 obiisse dicitur<sup>4)</sup>;

*c) in tertia promotione a. 1200 facta:*

- 4) **Benedictus** = diac. s. Mariae in Domnica (subscr. 11 Nov. 1200), presb. tit. s. Susannae (subscr. a 23 Nov. 1201 u. ad 20 Apr. 1212), ep. Portuen. (subscr. a 26 Oct. 1213 u. ad 7 Mart. 1214), † 1216;

<sup>1)</sup> Tempore, quo electus est, florebant praeter ipsum hi S. R. E. cardinales: 1) Octavianus de Comitibus ep. Ostien. et Velletren. (1189—1206, subscr. usque ad 8 Nov. 1205); 2) Petrus Galloccia ep. Portuen. (1191—1211, subscr. usque ad 11 Aug. 1210); 3) Conradus de Wittelsbach aep. Maguntin. et ep. Sabinen. (1163—1200, subscr. 6 Nov. 1199); 4) Petrus Placentinus presb. tit. s. Caeciliae (1188—1208, subscr. u. ad 25 Jul. 1208); 5) Pandulfus Masca presb. bas. XII apost. (1182—1201, subscr. u. ad 11 Nov. 1200); 6) Adelardus ep. Veronen. et presb. tit. s. Marcelli (1184— ?); 7) Johannes ep. Viterbien. et presb. tit. s. Clementis, qui idem esse dicitur ac Johannes ep. Albanen., qui ut talis subscribit jam die 5 Apr. a. 1199, quamvis Johannes tit. s. Clem. adhuc die 9 Apr. 1199 ut talis subscribat; 8) Cinthius Sabellus tit. s. Laurentii in Lucina (1191—1217, subscr. u. ad 4 Mart. 1217), postea ep. Portuen. (subscr. ante m. Apr. u. ad 24 Jul. 1217); 9) Guido de Papa (Papareschi) tit. s. Mariae tr. Tib. (1190—1208, v. infra annot. 4); 10) Hugo tit. s. Martini (1191—1205, subscr. u. ad 8 Nov. 1205); 11) Bernardus tit. s. Petri ad vine. (1190—1204, subscr. u. ad 19 Apr. 1204); 12) Goffredus (Soffredus) tit. s. Praxedis (1184—1208, quo anno fit ep. Pistorien.); 13) Johannes de s. Paulo tit. s. Priscae (1184—1205, subscr. u. ad 2 Dec. 1204), postea (—1216) ep. Sabinen. (subscr. 1205 Jan. 9—1214 Apr. 21); 14) Guilelmus aep. Remen. et presb. tit. s. Sabiniae, qui ut talis subscribit 1201 Dec. 23, creatus vero jam a. 1184; 15) Jordanus tit. s. Prudentianae (1188—1205, subscr. u. ad 30 Maii 1205, † 13 Febr. 1206); 16) Johannes tit. s. Stephani in C. m. (1191—1208, subscr. u. ad 1 Febr. 1208); 17) Goffredus de Insula abbas Cassinen. et presb. tit. ss. Marcellini et Petri (1191— e. 1200 ?); 18) Gerardus Allucingofus diac. s. Adriani (1182—1204, subscr. u. ad 19 Apr. 1204); 18) Gregorius diac. s. Angeli (1188—1202, subscr. u. ad 21 Mart. 1202); 20) Gratianus diac. ss. Cosmae et Dam. (1178—1205, subscr. u. ad 30 Maii 1205); 21) Gregorius de Monte Carello diac. s.

Georgii (1190—1210, subscr. u. ad 11 Aug. 1210); 22) Cencius Sabellus diac. s. Luciae in Orthea seu Silice (1192, subscr. u. ad 13 Apr. 1200), postea presb. tit. ss. Johannis et Pauli (subscr. primo 23 Nov. 1201), denique Honorius papa III; 23) Gregorius diac. s. Mariae in Aquiro (1188, subscr. u. ad 4 Jul. 1199), postea presb. tit. s. Vitalis (subscr. 9 Mart. 1202—21 Jul. 1207); 24) Nicolaus Bobonis diac. s. Mariae in Cosm. (1190, subscr. u. ad 13 Apr. 1200); 25) Gregorius diac. s. Mariae in porticu (1188—1202, subscr. u. ad 23 Dec. 1201); 26) Petrus diac. s. Mariae in via lata (1192, subscr. u. ad 11 Nov. 1200), postea (—1214) presb. tit. s. Marcelli (subscr. 1201—1214 Apr. 21, cfr. lib. II s. v. Constantinopol. annot. 2); 27) Bobo diac. s. Theodori (1192—1199, subscr. usque ad 1 Junii 1199).

<sup>2)</sup> Abavus hujus Hugolini et abavus Innocentii III erant fratres germani.

<sup>3)</sup> Gerardus s. Nic. diac. card. postremum die 5 Aprilis 1199, Gerardus tit. s. Marcelli presb. card. primum die 5 Maii 1199 subscribit.

<sup>4)</sup> Secundum *Ciaconium-Obtoinum* antea tit. s. Mariae trans Tiberim presb. card.; sed Guidoni tit. s. Mariae tr. Tib. (cfr. annot. 1 nr. 9) erat cognomen „de Papa (Papareschi)“, quem alii a. 1207 ab hoc titulo ad ecel. Praenestin. defuncto Guidone Poré promotum esse dicunt; ast uno eodemque die 25 Julii 1208 et Guido ep. Praenestin. et Guido tit. s. M. tr. T. presb. card. binis bullis Inn. III subscribunt; quo quidem die subscripsit ultima vice Guido tit. s. Mariae tr. Tib. subscribente Guidone epo. Praenestin. adhuc a. 1221, quare, si Guido Papareschi revera ad ecel. Praenestin. translatus est, haec translatio, de qua tamen dubitandum, non prius quam a. 1208 inter 25 Jul. et 20. Dec., quo posteriore die nova subscriptio Guidonis epi. Praen. invenitur, fieri potuit.

- 5) **Leo Brancaleo** = diac. s. Luciae in Septisolio (subscr. 9 Mart. 1202), postea (1202) presb. tit. s. Crucis in Jerusalem (subscr. 19 Mart. 1202 u. ad 23 Mart. 1224), † c. 1230;
- 6) **Matthaeus** = diac. s. Theodori (subscr. ab 11 Nov. 1200 u. ad 30 Maii 1205), † c. 1205;
- 7) **Joannes e com. Signiae** = diac. s. Mariae in Cosm. (subscr. 10 Dec. 1201 — 6 Maii 1206), † 1213 a. 14 Jun.;
- d) *in quarta promotione a. 1205 facta:*<sup>1)</sup>
- 8) **Nicolaus**<sup>2)</sup> de Romanis = ep. Tusculan. (subscr. 1205 Maii 5 — 1219 Sept. 14?), † 1219;
- 9) **Guido Pierleone** = diac. s. Nic. in carc. Tull. (subscr. a 30 Maii 1205 u. ad 27 Apr. 1221), postea (1221) ep. Praenestin. (subscr. a 3 Apr. 1222 u. ad 13 Mart. 1228), † 1228;
- 10) **Petrus de Morra** = diac. s. Angeli (subscr. 30 Maii 1205 — 6 Maii 1206), † c. 1206;
- 11) **Rogierius** = presb. tit. s. Anastasiae (subscr. 14 Maii 1206 — 30 Dec. 1211), † 1213;
- 12) **Joannes**, magister (artium?) = diac. s. Mariae in via lata (subscr. 4 Maii 1206 — 20 Apr. 1212), † 1216;
- 13) **(Jacobus) Guala**, el. Verzellen. = diac. s. Mariae in porticu (subscr. 21 Apr. 1206 — 31 Maii 1211), postea (1211) presb. tit. s. Martini (subscr. 30 Sept. 1211 — 30 Junii 1227), † 1227;<sup>3)</sup>
- 14) **Octavianus e com. Signiae** = diac. ss. Sergii et Bacchi (subscr. 4 Maii 1206 — 31 Julii 1231), † 1231;
- 15) **Gregorius de Crescentio** = diac. s. Theodori (subscr. 22 Junii 1206 — 9 Maii 1226), † 1226;
- 16) **Joannes** = diac. ss. Cosmae et Dam. (subscr. primum 4 Maii 1206);<sup>4)</sup>
- 17) **Pelagius Galvani O. S. B.** = diac. s. Luciae in Septisolio (subscr. 4 Maii 1206 — 10 Apr. 1210), postea (1210) presb. tit. s. Caeciliae (subscr. 31 Maii 1211 — 8 Aug. 1212), denique (1213) ep. Albanen. (subscr. 5 Aug. 1213 — 8 Mart. 1229), † ante m. Oct. 1232;
- 18) **Stephanus de Langton** = presb. tit. s. Chrysogoni (subscr. 22 Junii 1206 — 27 Mart. 1207),<sup>5)</sup> † 1228 Jul. 9;
- 19) **Petrus Saxonis** = presb. tit. s. Pudentianae, vicarius Urbis, (subscr. 4 Maii 1206 — 31 Maii 1219), † 1219;

e) *in quinta promotione a. 1211 facta:*

- 20) **Gerardus de Sessio** (al. de Sessa), aep. Mediolan. (antea ep. Novarien.) = ep. Albanen.<sup>6)</sup> † 1211 Dec. 15?

f) *in sexta promotione a. 1212 facta:*

- 21) **Angelus** = diac. s. Adriani (subscr. 15 Mart. 1212 — 21 Apr. 1214), † 1214;
- 22) **Joannes de Columna** = presb. tit. s. Praxedis (subscr. 15 Mart. 1212 — 17 Jan. 1244), † 1245;
- 23) **Petrus Duacensis** = diac. s. Mariae in Aquiro (subscr. 15 Mart. 1212 — 7 Mart. 1216), postea (1216) ep. Sabinen. (subscr. 19 Apr. 1217 — 7 Aug. 1219), † 1221;
- 24) **Bertinus** = diac. s. Georgii ad velum aureum (subscr. 15 Mart. 1212 — 4 Nov. 1213), † 1216;
- 25) **Stephanus de Ceccano O. Cist.** = presb. bas. XII apost. (subscr. 4 Nov. 1213 — 23 Sept. 1227), † 1227;

g) *in septima promotione a. 1216 facta:*

- 26) **Gregorius Theodulus** = presb. tit. s. Anastasiae (subscr. 7 Mart. 1216 — 23 Maii 1224), † 1227;
- 27) **Rainerius Capoccius**<sup>7)</sup> O. Cist. = diac. s. Mariae in Cosm. (subscr. 13 Apr. 1216 — 26 Apr. 1244), † 1250;
- 28) **Romanus Bonaventura** = diac. s. Angeli (subscr. 13 Apr. 1216 — 3 Jan. 1235), postea ep. Portuen. (subscr. 8 Junii 1236 — 29 Maii 1240),<sup>8)</sup> † 1243;
- 29) **Thomas de Episcopo**,<sup>9)</sup> aep. Neapol. = presb. tit. s. Sabinae (subscr. 1216 — 1239 Junii 23), † 1243 Aug. 22;
- 30) **Stephanus de Normandis** = diac. s. Adriani (subscr. 1216 — 1228 Febr. 22), postea (1228) presb. s. Mariae tr. Tib. (subscr. 1229 Mart. 8 — 1254 Jul. 22), archipresb. s. Petri (cfr. supra not. 7), † 1254 Dec. 8;

<sup>1)</sup> *Ciac.* = *Old.* scribunt, Cardinales infra nr. 14—19 nominatos 1206 m. Dec. creatos esse; sed cum omnes jam m. Maii vel Junii 1206 subscribant sicut cardinales nr. 11—13 nominati, unacum ipsis creati esse videntur (forsan in quadagesima a. 1206).

<sup>2)</sup> Pœnitentiarius major. In libro a *Pothast* edito, cui titulus est „*Regesta Pont. Rom.*“ et in quo subscriptiones S. R. E. cardinalium, quas hic referimus, annotantur, t. I p. 462 nominatur Johannes; sed in bullis Inn. III, quibus subscribit, semper nominatur Nicolaus, quod nomen ei etiam ab aliis scriptoribus tribuitur.

<sup>3)</sup> Obtinet licentiam testandi 29 Maii 1227 (Reg. Greg. IX ed. *Auray* nr. 124).

<sup>4)</sup> Cfr. parte II annot. 1 ad tit. ss. Joannis et Pauli.

<sup>5)</sup> Fit aep. Cantuarien. 17 Junii 1207.

<sup>6)</sup> Ut electus tantum (et apost. sedis legatus) occurrit in litt. Inn. III tum 1211 Dec. 3 tum 1212 Apr. 22; quum hac die adhuc vixisse videatur, non jam 1211 Dec. 15 obiit, sicut *Ciac.* = *Old.* scribunt.

<sup>7)</sup> Seu de Viterbio. M. Apr. 1246 unacum card. Stephano (I, 30) destinatur legatus in Sicilia, postea autem in patrimonio s. Petri et ducatu Spoletano; erat etiam vicarius Urbis.

<sup>8)</sup> Electus Portuen. jam a. 1231 (Reg. Greg. IX l. c. nr. 622, 3190, 6183). Erat vicarius Urbis.

<sup>9)</sup> Capuanus (magister Thomasius), poenit. major.

- 31) **Robertus Cursonus** (de Corzon, cfr. lib. II Constantinop. not. 2), can. Parisien. = presb. tit. s. Steph. in C. m. (subscr. 1216 Febr. 18 — 1219 Maii 31), † 1219;
- 32) **Petrus Campanus** O. S. B. = presb. tit. s. Laur. in Dam. (subscr. 1216 Apr. 13 — 1217 Oct. 10), † 1217;
- 33) **Al(d)ebbrandinus Cajetanus** = diae. s. Eust., postea presb. tit. s. Susannae et ep. Sabinen., † 1223 Jan 11.<sup>1)</sup>

## II. Honorius III.

(Cencius Sabellus, tit. ss. Joannis et Pauli presb. card., cfr. p. 3 annot. I nr. 22), Perusii electus 1216 Julii 18<sup>2)</sup> et cons. ac coron. Jul. 24; obiit Romae die 18 Martii 1227.

### *S. R. E. cardinales ab ipso creati:*

#### a) *in prima promotione m. Dec. a. 1216 facta:*

- 1) **Aegidius Hispanus** = diae. ss. Cosmae et Dam. (subscr. 1217 Apr. 17 — 1246 Julii 12), † 1255;<sup>3)</sup>

#### b) *in secunda promotione a. 1219 facta:*

- 2) **Conradus de Urach** O. Cist. = ep. Portuen. (subscr. 1219 Aug. 7 — 1227 Aug. 9), † 1227 Sept. 30;
- 3) **Nicolaus de Claromonte** O. Cist. = ep. Tusculan. (subscr. 1220 Dec. 15 — 1226 Maii 9), † 1227;
- 4) **Petrus Capuanus**, el. Antiochen. = diae. s. Georgii (subscr. 1220 Dec. 15 — 1236 Febr. 26), † 1242;

#### c) *in tertia promotione a. 1225 facta:*

- 5) **Oliverius Saxo**, ep. Paderborn. = ep. Sabinen. (subscr. 1225 Sept. 28 — 1227 Aug. 9), † 1227.<sup>4)</sup>

## III. Gregorius IX.

(Hugolinus e com. Signiae, ep. Ostien., cfr. I, 1), electus Romae 1227 Mart. 19<sup>5)</sup> et coron. 21, obiit Romae die 22 Aug. 1241.

<sup>1)</sup> Quantum scimus, primum subscripsit die 18 Jan. 1217, quare dubitandum, utrum adhuc ab Inn. III an potius ab Hon. III promotus sit. Secundum *Pothast* ut diae. s. Eust. ultimum subscribit 1221 Mart. 15, ut presb. tit. s. Susannae 1221 Mart. 3 et ut ep. Sabinen. 1221 Apr. 27; in aliqua parte errorem adesse manifestum est. Cfr. lib. II Parisien. not. 2, quae docet, cum jam a. 1219 presb. tit. s. Sus. fuisse. — Apud *Ciac.-Old.* praeter supranominatos cardinales etiam hi ab Inn. III promoti leguntur: Maurus ep. Amelien., Gregorius ep. Sabinen., Ubertus aep. Mediolanen. et alter Ubertus aep. Mediolanen., Rodolfus ep. Atrebaten., Rainerius patr. (el.) Antiochen. et S. R. E. vicecancellarius, Sigefridus aep. Maguntin., Gualterius diae. s. Mariae in Porticu, Joannes (Dom. Trinci) tit. s. Cyriaci in Thernis. Sed nullibi inveniuntur subscripti ut cardinales, quare valde dubitandum est, num quis eorum ad hanc dignitatem promotus fuerit.

<sup>2)</sup> Illo tempore sec. *Ciac.-Old.* praeter ipsum hi S. R. E. cardinales erant: Nicolaus ep. Tusculan. (I, 8), Guido de Papa (?) ep. Praenestin. (cf. p. 3 annot. I nr. 9 et annot. 4), Hugolinus ep. Ostien. et Velletr. (I, 1), Benedictus ep. Portuen. (I, 4), Pelagius ep. Albanen. (I, 17), Cynthius tit. s. Laur. in Lucina (p. 3 annot. I nr. 8), Leo tit. s. Crucis in Hier. (I, 5), Petrus tit. s. Pudentianae (I, 19), Jacobus Guala tit. s. Silv. et Mart. (I, 13), Joannes tit. s. Praxedis (I, 22), Robertus tit. s. Stephani (I, 31), Stephanus bas. XII apost. (I, 25), Stephanus tit. s. Chrysogoni (I, 18), Gregorius tit. s. Anastasiae (I, 26), Petrus tit. s. Laur. in Damaso (I, 23), Thomas tit. s. Sabinae (I, 29), Guido diae. s. Nicolai (I, 9), Octavianus diae. ss. Sergii et Bacchi (I, 14), Joannes diae. s. Mariae in via lata (I, 12), Gregorius diae. s. Theodori (I, 15), Joannes diae. ss. Cosmae et Dam. (I, 16), Rainerius diae. s. Mariae in Cosmedin (I, 27), Romanus diae. s. Angeli (I, 28), Bertinus (Bertrandus) diae. s. Georgii (I, 24), Stephanus diae. s. Adriani (I, 30), Petrus diae. s. Mariae in Aquiro (I, 23).

<sup>3)</sup> A. 1247 in aepum. Toletan. electus ab Inn IV non confirm. (Reg. Inn. IV ed. *Berger* nr. 3654); cfr. lib. II Terraconen. not. 1. Ei a *Ciac.-Old.* anteponuntur „Cencius Sabellus ep. Portuen.“ et „Joannes Columna tit. s. Praxedis presb. card.“: sed ille idem censendus est ac Cinthius, quem vide pag. 3 annot. I nr. 8, hic idem ac Joannes, qui supra I nr. 22 recensitus est.

<sup>4)</sup> Praeter hos a *Ciac.-Old.* enumerantur inter cardinales ab Hon. III creatos: Bertrandus Sabellus tit. ss. Joh. et Pauli (1216—1221), Petrus Romanus diae. s. Georgii, Nicolaus diae. s. Mariae in Aquiro, Bartholomaeus Gallus tit. s. Pudentianae, Thomas tit. s. Balbinae, Robertus tit. ss. Joh. et Pauli (1221). Sed tit. ss. Joh. et Pauli presb. card. a. 1217 fuisse Joannem (cfr. supra I, 16) cruitur ex ejus subscriptione, quare Bertrando, qui 1216—1223 hunc tit. occupasse dicitur, locus non est; sed cfr. lib. II not. I ad Arelaten.; Petrus Romanus idem esse videtur ac supra (nr. 4) nominatus Petrus Capuanus, quem quidem *Ciac.-Old.* discernunt, cum scribant, eum fuisse tit. s. Crucis in Hier., quod ita se habere non potest, cum a. 1202—1230 Leo (I, 5) hunc titulum obtinuerit; Bartholomaeus supradictus non ab Honorio III, sed a Gregorio IX a. 1227 creatus est (v. pag. 6 not. 2); Thomas erat tit. s. Sabinae, non s. Balbinae presb. card. (cfr. I, 29); ceterorum supradictorum (Nicolai diae. s. Mariae in Aqu. et Roberti tit. ss. Joh. et Pauli) saltem nullam invenire potuimus subscriptionem.

<sup>5)</sup> Tunc praeter ipsum hi S. R. E. cardinales existebant: Nicolaus ep. Tusculan. (II, 3), Pelagius ep. Albanen. (I, 17), Guido ep. Praenestin. (non Papareschi, sed Pierleone cognominatus, cf. I, 3 et 9), Conradus ep. Portuen. (II, 2), Leo tit. s. Crucis in Hier. (I, 5), Jacobus Guala tit. ss. Silv. et Mart. (I, 13), Stephanus bas. XII apost. (I, 25), Stephanus tit. s. Chrysogoni (I, 18), Gregorius tit. s. Anastasiae (I, 26), Thomas tit. s. Sabinae (I, 29), Joannes tit. s. Praxedis (I, 22), Octavianus diae. ss. Sergii et Bacchi (I, 14).

*S. R. E. cardinales ab ipso creati:*a) *in prima promotione m. Sept. a. 1227 facta:*

- 1) **Joannes Halgrin** de Abbatisvilla O. Clun., patr. Constantinop. (olim aep. Bisuntin.) = ep. Sabinen. (subscr. 1227 Sept. 23 — 1237 Aug. 25), † 1238;
- 2) **Gaufridus Castillionaeus** = presb. tit. s. Marci (subscr. 1227 Sept. 23 — 1239 Mart. 24), postea (1239) ep. Sabinen. (subscr. primo 1239 Apr. 15), denique Coelestinus papa IV;
- 3) **Rainaldus e com. Signiae** = diac. s. Eustachii (subscr. 1227 Sept. 23 — 1235? Jan. 3), postea (1234) ep. Ostien.<sup>1)</sup> (subscr. primo 1234 Aug. 24), denique Alexander pp. IV;
- 4) **Sinibaldus de Flisco** mag. (decr. ?), vicecancellarius = presb. tit. s. Laur. in Luc. (subscr. primum 1227 Sept. 23), postea Innocentius pp. IV;
- 5) **Bartholomaeus** mag. (decr. ?), can. et el. Cathalaunen.<sup>2)</sup> = tit. s. Pudentianae, † 1230;
- 6) **Otto de Monteferrato**<sup>3)</sup> = diac. s. Nic. in carc. Tull. (subscr. 1227 Sept. 23 — 1244 Apr. 26), postea (1244 Maii 28) ep. Portuen. (subscr. 1245 Jan. 23 — 1247 Oct. 23), † 1251;

b) *in secunda promotione a. 1228 facta:*

- 7) **Jacobus de Vitriaco**, ep. Acconen. = ep. Tusculan. (subscr. 1229 Julii 29 — 1239 Junii 23<sup>4)</sup>), † 1240;
- 8) **Nicolaus e com. Signiae** = presb. tit. s. Marcelli, † 1239;

c) *in tertia promotione m. Sept. 1231 facta:*

- 9) **Jacobus de Pecoraria** O. Cist. = ep. Praenestin.<sup>5)</sup> (subscr. 1234 Nov. 7 — 1244 Apr. 26), † 1244 Jun. 25;
- 10) **Simon de Solliaco** (Sully) = presb. tit. s. Caeciliae, † 1232 Jun. 25;

d) *in quarta promotione a. 1239 facta:*

- 11) **Robertus de Somercote**, mag. = diac. s. Eustachii<sup>6)</sup> (subscr. 1239 Apr. 15 — 1240 Maii 29), † 1251 Sept. 26;
- 12) **Richardus de Annibaldis**<sup>7)</sup> = diac. s. Angeli (subscr. 1239 Apr. 15 — 1273 Jan. 13), vicarius Urbis, † 1276;
- 13) **(S.) Raimundus Nonnatus** O. Merc. = diac. s. Eustachii,<sup>8)</sup> † 1240 Aug. 26.<sup>9)</sup>

## IV. Coelestinus IV.

(Gaufridus Castillionaeus, ep. Sabinen., cfr. III, 2), electus Romae 1241 Oct. 25<sup>10)</sup>, coron. 27 (?), obiit 10 Nov. 1241.

*Ab eo ne unius quidem S. R. E. cardinalis creatus est.*

Rainerius diac. s. Mariae in Cosmedin (I, 27), Romanus diac. s. Angeli (I, 28), Stephanus diac. s. Adriani (I, 30), Aegidius diac. ss. Cosmae et Dam. (II, 1), Petrus diac. s. Georgii (II, 4).

<sup>1)</sup> Electus Ostien. jam a. 1232 (Reg. Greg. IX l. c. nr. 876).

<sup>2)</sup> *Ciac.-Old.* eum iam ab Hon. III promotum dicunt, sed hac in re errant; nam 1227 Julii 21 Gr. IX inquiri iussit super electione in epum. Cathalaun. de mag. Bartholomaeo can. ipsius eccl. et R. de Torota can. Remen. in disc. facta, die vero 22 Mart. 1228 propter assumpt. dicti mag. Barth. in Card. (tit. s. Pudentianae) et irritatam elect. de R. de Torota in epum. Cathalaun. factam jussit novam institui electionem (a. 1 ep. 140, a. 2 ep. 9, ed. *Auvray* nr. 140 et 192); illum Barth. ut cardinalem non prius subscripsisse constat quam die 29 Sept. 1227, ita ut minime dubitandum sit, quin unacum Joanne Halgrin et aliis in quatuor temporibus mensis Sept. a. 1227 promotus sit; ultimo subscr. 1230 Junii 5.

<sup>3)</sup> Filius Guilelmi march. Montisferrati, mag. art., cui a multis script. tribuitur cogn. „Candidus“ seu „Blancus“, quod quidem competit cardinali Odoni ex ord. Cist. (cfr. infra V, 3).

<sup>4)</sup> Cfr. lib. II Hierosol. ad a. 1239.

<sup>5)</sup> Electus adhuc 3 Jan. 1235, epus. jam 15 Mart. 1235 (Reg. Greg. IX l. c. nr. 1969 et 2734). Erat vicarius Urbis.

<sup>6)</sup> Non s. Adriani, qui 23 Maii 1236, tunc subdiac. papae, obtinet facult. recip. aliud benef. eccl. (Reg. Greg. IX l. c. nr. 3179).

<sup>7)</sup> Seu Annibaldeschis O. S. B., nepos supradicti Raynaldi de Signia.

<sup>8)</sup> Quem quidem titulum eo tempore Robertus de Somercote (v. supra nr. 11) occupabat.

<sup>9)</sup> Praeter hos a *Ciac.-Old.* enumerantur inter cardinales a Greg. IX creatos: Guido diac. s. Eustachii, Raimundus de Pons ep. Pe-tragoricen., Franciscus Cassardus tit. s. Martini presb. card.; sed nullius eorum aliqua nota est subscriptio.

<sup>10)</sup> Tunc praeter ipsos existebant hi S. R. E. cardinales: Romanus ep. Portuen. (I, 28), Rainaldus ep. Ostien. (III, 3), Jacobus ep. Praenestin. (III, 9), Thomas tit. s. Sabinae (I, 29), Joannes tit. s. Praxedis (I, 22), Sinibaldus tit. s. Laur. in Luc. (III, 4), Stephanus tit. s. Mariae tr. Tib. (I, 30), Rainerius diac. s. Mariae in Cosmedin (I, 27), Aegidius diac. ss. Cosmae et Dam. (II, 1), Petrus diac. s. Georgii (II, 4), Otto diac. s. Nicolai (III, 6), Richardus diac. s. Angeli (III, 12).

## V. Innocentius IV.

(Sinibaldus de Flisco, tit. s. Laur. in Luc. presb. card., cfr. III, 4), electus Anagninae 1243 Junii 25<sup>1)</sup> et consecr. ac coron. 28, obiit Neapoli 1254 Dec. 7.

*S. R. E. cardinales ab ipso creati:**a) in prima promotione 28 Maii 1244 facta:*

- 1) **Petrus de Collemedio**, aep. Rothomag. = ep. Albanen. (subscr. 1245 Jan. 23 — 1252 Junii 11), † 1253 Maii 25;
- 2) **Guilelmus de Sabaudia**, olim (1222—1233) ep. Mutinen. = ep. Sabinen. (subscr. 1244 Sept. 27 — 1251 Febr. 17), fit legatus in Norwegia et Suecia 1246 Oct. 30, † 1251 Mart. 31;
- 3) **Odo de Castro Radulfi** O. Cist.<sup>2)</sup> = ep. Tusculan. (subscr. 1245 Jan. 23 — 1273 Jan. 13), † 1273 Jan. 25;
- 4) **Petrus de Barro** O. Cist. = presb. tit. s. Marcelli (subscr. 1244 Sept. 27 — 1252 Febr. 25), postea (1252) ep. Sabinen. (subscr. 1251 Mart. 5 — Junii 12), † 1252;
- 5) **Guilelmus de Talliante**, abbas mon. s. Facundi dioec. Legionen. = presb. bas. XII apost. (subscr. 1245 Jan. 23 — 1249 Sept. 17), † 1250;
- 6) **Joannes de Toledo** O. Cist., mag., Anglus = presb. tit. s. Laur. in Luc. (subscr. 1244 Sept. 27 — 1262 Apr. 1), postea (1262 Dec. 24) ep. Portuen. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1275 Apr. 1), vicarius Urbis, † 1275 Julii 13;
- 7) **Hugo de s. Caro** O. Praed., mag. theol. = presb. tit. s. Sabinae (subscr. 1245 Jan. 23 — 1263 Febr. 16);<sup>3)</sup>
- 8) **Goffridus Castillionaeus**, Tranensis = diac. s. Adriani (subscr. 1245 Jan. 23 — Mart. 21), † 1245 m. Mart.;
- 9) **Octavianus Ubaldini**<sup>4)</sup> = diac. s. Mariae in via lata (subscr. 1244 Sept. 27 — 1268 Febr. 28), † 1273;
- 10) **Petrus Capoccius**, Romanus = diac. s. Georgii (subscr. 1244 Sept. 27 — 1259 Apr. 30), † 1259 Maii 20;
- 11) **Joannes Cajetanus Ursinus** = diac. s. Nicolai (subscr. primo 1244 Sept. 27), postea Nicolaus pp. III;
- 12) **Guilelmus Fliscus** de com. Lavaniae<sup>5)</sup> = diac. s. Eustachii (subscr. 1244 Sept. 27 — 1255 Aug. 28), † 1256;

*b) in secunda promotione m. Dec. 1251 facta:*

- 13) **Jacobus Herebertus de Porta** O. Cist. = ep. Portuen. (subscr. 1252 Apr. 20 — 1253 Apr. 13), † 1255;
- 14) **Ottobonus Fliscus** de com. Lavaniae = diac. s. Adriani (subscr. primo 1252 Febr. 6), postea Adrianus pp. V;
- 15) **Stephanus de Vancsa**, aep. Strigon. = ep. Praenest. (subscr. 1253 Febr. 25 — 1268 Febr. 28), † 1270 Jul. 9.<sup>6)</sup>

## VI. Alexander IV.

(Rainaldus e com. Signiae, ep. Ostien., cfr. III, 3), electus Neapoli 1254 Dec. 12<sup>7)</sup> et coron. 20, obiit Viterbii die 25 Maii 1261.

*Ab eo nullus S. R. E. cardinalis creatus esse videtur.*<sup>8)</sup>

## VII. Urbanus IV.

(Jacobus Pantaleonis Gallus, patriarcha Hierosol., antea ep. Virdunen.), electus Viterbii 1261 Aug. 29<sup>9)</sup> et coron. Sept. 4, obiit Perusii 1264 Oct. 2.

<sup>1)</sup> Tunc Cardinales in annot. 10 pag. 6 nominati jam defuncti erant: Romanus ep. Portuen. (I, 28) et Petrus diac. s. Georgii (II, 4).

<sup>2)</sup> Olim cancellarius Parisiensis, vulg. „Candidus“ seu „Blancus“ interdum appellatus; cfr. pag. 6 not. 3.

<sup>3)</sup> M. Dec. 1261 ad Ostien. trf., sed paulo post Henrico de Barth. (VII, 8) ipsum epatum. cedit (cfr. *Revue d'hist. et de litter. relig.* V, 325 s.). Erat poenit. major. † 1263 Mart. 19.

<sup>4)</sup> Florentinus seu de Mugello prope Flor., tunc admin. eccl. Bononien.

<sup>5)</sup> Nepos ipsius S. P., sicut Ottobonus nr. 14 recensitus.

<sup>6)</sup> Praeter hos a *Ciac.-Old.* enumerantur inter cardinales ab Innoc. IV creatos: Berardus Caraccioli (cfr. p. II Sabinen. annot. 4), Otto Grillus diac., Joannes ep. Sabinen. (1252—1255), Richardus (abbas Casinen.) tit. s. Cyriaci, Goffridus Pisanus diac. ss. Sergii et Bacchi, Nicolaus ep. Sabinen. (a. 1244 apost. sedis leg. in Pruscia), Albus O. Cist., Odo Rigaldi aep. Rothomagen.; sed nullius eorum extat subscriptio. Odo Rigaldi minime erat promotus ad dign. cardin.; non Nicolaus, sed Guilelmus ep. Sabinen. (V, 2) a. 1244 munere legati apost. sedis in Pruscia fungebatur; Albus idem esse vi-

detur atque Odo de Castro Radulfi (V, 3) aut Petrus de Barro (V, 4) vel Joannes de Toletto (V, 6).

<sup>7)</sup> Tunc praeter ipsum hi S. R. E. cardinales existebant: Odo ep. Tusculan. (V, 3), Jacobus ep. Portuen. (V, 13), Stephanus ep. Praenestin. (V, 15), Joannes tit. s. Laur. in Luc. (V, 6), Hugo tit. s. Sabinae (V, 7), Aegidius diac. ss. Cosmae et Dam. (II, 1), Richardus diac. s. Angeli (III, 12), Octavianus diac. s. Mariae in via lata (V, 9), Petrus diac. s. Georgii (V, 10), Joannes (non Jacobus) diac. s. Nicolai (V, 11), Guilelmus diac. s. Eustachii (V, 12), Ottobonus diac. s. Adriani (V, 14); sed Odo ep. Tusculan. et Petrus diac. s. Georgii erant absentes.

<sup>8)</sup> See. *Ciac.-Old.* Thesaurus de Beccaria Papiensis O. Vallisumbr. abbas generalis promotus est.

<sup>9)</sup> Tunc Cardinales supra annot. 7 nominati e vivis decesserant: Jacobus ep. Portuen. (V, 13), Aegidius diac. ss. Cosmae et Dam. (II, 1), Petrus diac. s. Georgii (V, 10), Guilelmus diac. s. Eustachii (V, 12); reliqui octo adhuc inter vivos existebant, sed Stephanus ep. Praenestin. tunc absens (in Hungaria) fuisse dicitur.

*S. R. E. cardinales ab ipso creati:*a) *in prima promotione die 17 (24) Dec. 1261 facta:*<sup>1)</sup>

- 1) **Guido Fulcodi**, aep. Narbonen. = ep. Sabinen. (subscr. primo 1263 Jan. 9), postea Clemens pp. IV;
- 2) **Radulfus Grosparmi**, ep. Ebroicen. = ep. Albanen. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1265 Nov. 4), † 1270 Aug. 11;
- 3) **Simon Paltinarius** de Monte Silice, mag. (decr. ?), can. Paduanus<sup>2)</sup> = presb. tit. s. Martini, † 1277;
- 4) **Simon Mompi(tiu)s**,<sup>3)</sup> Gallus = presb. tit. s. Caeciliae (subscr. primo 1263 Nov. 13), postea Martinus pp. IV;
- 5) **Hubertus de Coconato**,<sup>4)</sup> Astensis = diac. s. Eustachii (subscr. 1262 Jan. 23 — 1275 Apr. 1), † 1276 Julii 13;
- 6) **Jacobus Sabellus** = diac. s. Mariae in Cosm. (subscr. primo 1262 Jan. 23), postea Honorius pp. IV;
- 7) **Gaufridus de Alatro** = diac. s. Georgii (subscr. 1262 Jan. 23 — 1286 Junii 11),<sup>5)</sup> † 1287;

b) *in secunda promotione m. Maii*<sup>6)</sup> 1262 *facta:*

- 8) **Henricus de Bartholomaeis**,<sup>7)</sup> aep. Ebredun. = ep. Ostien. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1268 Febr. 28), † 1271 Oct. 25;
- 9) **Ancherus Pantaleonis**,<sup>8)</sup> nepos = presb. tit. s. Praxedis (subscr. 1263 Jan. 9 — 1286 Maii 1), † 1286 Nov. 1;
- 10) **Guilelmus de Braio**,<sup>9)</sup> Gallus = presb. tit. s. Marci (subscr. 1263 Jan. 9 — 1275 Mart. 23), † 1282 Apr. 29;
- 11) **Guido abbas Cistercii** = presb. tit. s. Laur. in Luc. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1268 Febr. 28), † 1272 Maii 20;
- 12) **Annibaldus de Annibaldeschis** seu de Molaria O. Praed., mag. theol. = presb. bas. XII apost. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1267 Jan. 13), † Urbeveteri a. 1272.
- 13) **Jordanus Piruntus de Comitibus** (Terracinae), vicecancell. S. R. E. = diac. ss. Cosmae et Dam. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1267 Jul. 15), † 1269;
- 14) **Matthaeus Rubeus Ursinus** = diac. s. Mariae in porticu (subscr. 1263 Jan. 9 — 1302 Febr. 16),<sup>10)</sup> † 1305 Sept. 4.

**VIII. Clemens IV.**(Guido Fulcodi, ep. Sabinen., cfr. VII, 1), electus Perusii 1265 Febr. 5<sup>11)</sup> et coron. 15, obiit Viterbii 1268 Nov. 29.*Ab eo ne unus quidem S. R. E. cardinalis creatus esse videtur.*<sup>12)</sup>**IX. Gregorius X.**(The[d]aldus de vicecomitibus Placentiae, archidiaconus Leodien.),<sup>13)</sup> electus Viterbii 1271 Sept. 1,<sup>14)</sup> consecr. et coron. Romae 1272 Martii 27, obiit Aretii 1276 Jan. 10.

<sup>1)</sup> Rogerius Lovel, regis Angliae apud sedem apost. procurator, dum ipsum regem litteris 6 Febr. 1262 datis de hac promotione certiore reddidit, scribit, eam factam esse sabbato ante festum Natalis Domini; sed quum a. 1261 vigilia hujus festi eeciderit in sabbatum et promotiones illae sabbato in quatuor temporibus fieri solitae fuerint, promotio supradicta non die 24, sed 17 m. Dec. facta esse videtur. Cfr. *Revue d'hist. et de litter. relig.* I, 326 cfr. 322.

<sup>2)</sup> Quondam electus vel admin. eccl. Aversan. — Contra eum ut diffamatum Urb. IV litt. 9 Jan. et 7 Febr. 1262 datis (a. 1 [t. 26] epp. 37, 46) inquiri iussit vetuitque, ne interim ad collegium card. admitteretur neve capellum rubeum vel alia insignia cardin. deferret; subscr. 1263 Jan. 9 — 1275 Apr. 1 Cfr. lib. II Remen. annot. 4.

<sup>3)</sup> Seu de Brion, tunc thesaur. mon. s. Martini Turonen. et cancellarius vel potius signi regalis custos regis Franciae.

<sup>4)</sup> Alias, sed minus recte, e comit. de Ilcio.

<sup>5)</sup> Die 24 Sept. 1284 fit protector abbatiae monialium s. Andreae de Fractis de Urbe.

<sup>6)</sup> Gregorius decanus eccl. Bajocen., qui scripsit vitam Urbani IV, narrat, eum duas ordinationes (cardinalium), unam in Decembris (1261), alteram in Maii (1262) mensibus fecisse, in quibus 14 cardinales ordinatos ostendit; sed si haec posterior creatio in IV temporibus, ut moris erat, facta est, non mensi Maio, sed diei 11 Junii adscribenda est. Cfr. *Revue d'hist. et de litter. relig.* I, 331.

<sup>7)</sup> De Segusia (*Susa*), celeberrimus ille eanonista „Hostiensis“; cfr. not. 3 pag. 7.

<sup>8)</sup> Tunc archidiaconus. Laudunen.

<sup>9)</sup> Decanus eccl. Laudunen.

<sup>10)</sup> Protector O. Minorum et Clarissarum.

<sup>11)</sup> Tunc praeter ipsum hi S. R. E. cardinales existebant: Otto ep. Tusculan. (V, 3), Stephanus ep. Praenestin. (V, 15), Henricus ep. Ostien. (VII, 8), Radulfus ep. Albanen. (VII, 2), Joannes ep. Portuen. (V, 6), Simon tit. s. Sylv. et Mart. (VII, 3), Ancherus tit. s. Praxedis (VII, 9), Guilelmus tit. s. Marci (VII, 10), Simon tit. s. Caeciliae (VII, 4), Annibaldus bas. XII apost. (VII, 12), Guido tit. s. Laur. in Luc. (VII, 11), Richardus diac. s. Angeli (III, 12), Octavianus diac. s. Mariae in via lata (V, 9), Joannes diac. s. Nicolai (V, 11), Ottobonus diac. s. Adriani (V, 14), Jacobus diac. s. Mariae in Cosm. (VII, 6), Gotifredus diac. s. Georgii (VII, 7), Hubertus diac. s. Eustachii (VII, 5), Jordanus diac. ss. Cosmae et Dam. (VII, 13), Matthaeus diac. s. Mariae in porticu (VII, 14); sed electus et Simon tit. s. Caeciliae ac Simon tit. s. Martini tunc absentes erant.

<sup>12)</sup> Sec. *Ciac.-Old.* Bernardus Aiglerius abbas Casinen. creatus est.

<sup>13)</sup> A. 1254 Maii 23 Inn. IV (a. 11 ep. 664) ratum et gratum habuit, quod H. tit. s. Sabinae presb. card. (V, 7), tunc in part. Alemaniae apost. sedis leg., prioratum de Aquila vac. per resign. Gualteri cum consensu prioris de Martiniaco concesserat Thealdo adiac. Leodien.

<sup>14)</sup> Tunc Cardin. supra not. 11 nominati e vivis decesserant: Stephanus ep. Praenestin. (V, 15), Radulfus ep. Albanen. (VII, 2), Jordanus diac. ss. Cosmae et Dam. (VII, 13); reliqui 18 adhuc inter vivos existebant, sed Henr. ep. Ostien. infirm. causa ipsi electioni non interfuit.

*S. R. E. cardinales ab ipso creati in promotione die 3 Junii 1273 facta:*

- 1) **Petrus Juliani**,<sup>1)</sup> aep. Bracharen. = ep. Tusculan. (subscr. primo 1274 Mart. 7), postea Joannes pp. XXI;
- 2) (**Guilelmus**) **Vicedominus de Vicedominis**,<sup>2)</sup> nepos, aep. Aqueu. = ep. Praenestin. (subscr. 1274 Mart. 7 — 1275 Apr. 1), † 1276 Sept. 6;
- 3) (**S.**) **Bonaventura Fidanza** O. Min. min. gen., mag. theol. = ep. Albanen., † 1274 Julii 15;
ob. Th. (1365 Maii 28)	<b>Theodericus</b> (de Schulenburg) <sup>6)</sup> , el., prov.	1365 Aug. 20	Urb. V Av. t. 10 f. 104
ob. Th. (1393 Apr. 26)	<b>Henricus</b> de Bodendyk	1933 Julii 9	Bo. IX Lat. t. 28 f. 165

**Bracharen.**

<sup>1)</sup> Cui 1263 Oct. 4 committ. praedicatio Crucis in Portug. (Reg. Urb. IV nr. 466).

<sup>2)</sup> In eccl. Bracharen. (fut. Joannes pp. XXI).

<sup>3)</sup> In eccl. Palentin.

<sup>4)</sup> Et renunt. Joannis Martini tunc can. Colimbr. nunc epi. Ulixbon. a cap. el.

<sup>5)</sup> Jam cons. a. s. a.

<sup>6)</sup> Et resign. Alfonsi Joannis can. Bracharen. a cap. el.

<sup>7)</sup> Etiam inviti ad Tranen. (Tyren. ?)

<sup>8)</sup> Non admissus esse videtur, cum Laurentius in praedictam transl. non consenserit. Cfr. litt. Cle. VII d. d. Avin. 28 Maii 1381 (Vat. t. 293 f. 10). A. 1384 Oct. 3 (adhuc electus) a Cle. VII (Av. t. 32 f. 501 et 502) facultatem obtinuit absolventi a censuris eccl. sequaces Urb. VI ad obedientiam ipsius transituros et licentiam recipiendi beneficia eccl. in suum usum. Secundum Gams a. 1397

(per Cle. VII ?) translatus est Joannes Garcia Manrique aep. Compostellan. ad Bracharen.; sed cfr. Compostellan. not. 7.

**Brandeburgen.**

<sup>1)</sup> Die 1 Sept. 1234 Greg. IX bona eccl. Brandeb. male vendita et distracta restitui jubet (Reg. Greg. IX ed. *Auray* nr. 2082).

<sup>2)</sup> Plebanus de Berge, in disc. el. cum Alberto de Haresten, can. Magdeburgen., ab Alberto quondam epo. Ratisbonen. confirm. 1263 Mart. 11 (Reg. Cam. 333).

<sup>3)</sup> Ante 23 Jan. 1292, cum hoc die eccl. Brandeb. jam vacet (*Pothast* nr. 23884), defuncti, et renunt. Richardi scolast. Magdeburg a cap. el. ac cass. elect. de Thiderico praepos. eccl. Lezeken. dioec. Brandeb. a cap. fact.

<sup>4)</sup> Qui ex. a. 1297 vel in. a. 1298 Romae commorans quasd. indulg. concessit.

<sup>5)</sup> Et cass. elect. de Henrico de Barbey can. Hildesem. a cap. fact.

<sup>6)</sup> Praepos. ips. eccl.

ob. Henr. (1406 Junii 6)	<b>Henningus</b> de Bredow, obl. se person. <sup>7)</sup>	1407 Apr. 30	Gre. XII Obl. 57 f. 121
ob. Henn. (p. 8 Jul. 1413)	<b>Fridericus</b> (de Grafeneck), el. Augusten.	1414 Sept. 24	Jo. XXIII Arm. XII, 121 p. 87
renunt. Friderici	<b>Johannes</b> (de Waldow)	1417 Dec. 20	Mart. V Arm. XII, 121 p. 95
tr. Joa. ad Lubucen. <sup>8)</sup>	<b>Stephanus</b> (Bodeker), praepos. eccl. Brandeb.	1421 Sept. 1	Mart. V a. 4 Lat. I. 57 f. 63

**Brandizuberen.** al. **Brandiziburen.** v. **Brunziberen.** (**Branitschewo**) in Bulgaria, suffr. Timovitan.<sup>1)</sup>

**Brechinen.** (**Brechin**) in Scotia, immed. subj. (500 fl.)

ob. Radulphi (1218)	<b>Gregorius</b> , adiac. ips. eccl., el., prov.	1218 Dec. 15 <sup>1)</sup>	Hon. III a. 3 ep. 179 (1747)
. . . . .	<b>Albinus</b> , praecentor ips. eccl. <sup>2)</sup> , postul., prov.	1246 Julii 19	Inn. IV a. 1 ep. 35 (2030)
ob. Albini	<b>Guilelmus</b> de Kilconcath O. Praed. <sup>3)</sup> , post	1275 Maii 24	Potthast 21039
ob. V(illelmi)	( <b>Nicolaus</b> ), subdecanus ips. eccl. <sup>4)</sup>	1297 Jan. 21	Bo. VIII a. 2 ep. 627 (1518)
. . . . .	<b>Joannes</b> de Kynimmond, adiac. ips. eccl., el., prov.	1298 Junii 1	Bo. VIII a. 4 ep. 211 (2603)
ob. Joannis	<b>Adam</b> de Moravia (Moray), decr. doctor <sup>5)</sup>	1328 Oct. 31	Jo. XXII a. 13 (t. 89) ep. 220
ob. Adae (1348)	<b>Philippus</b> , decanus ips. eccl., el., prov.	1350 Febr. 17	Cle. VI a. 8 (t. 195) ep. 93
ob. Philippi	<b>Patricius</b> de Locrys (Leuchars) <sup>6)</sup> , el., prov.	1351 Nov. 17	Cle. VI a. 10 (t. 207) ep. 52
res. Patricii	<b>Stephanus</b> , adiac. ips. eccl.	1383 Junii 12	Cle. VII Av. t. 28 f. 119
ob. Stephani	<b>Walterus</b> (Forrester), subdec. ips. eccl., el., prov.	1407 Nov. 26	Ben. XIII Av. t. 54 f. 559
ob. Walteri	<b>Joannes</b> de Crannach (non Carnoth), ep. Cathanen.	1426 Junii 7	Mart. V Arm. XII, 121 p. 201

**Bremen.** (**Bremen**) et **Hamburgen.** (**Hamburg**) in Germania, metrop. (600 fl.)

ob. Hartwici (1207)	<b>Burcardus</b> de Stumpenhausen	1207	} Gams 263
res. Burc. et am. Wald.	<b>Waldemarus</b> de Dania, ep. Sleswicen. <sup>1)</sup>	1207	
ob. Gerh. (1219 Aug. 13)	<b>Gerhardus</b> de Oldenburg, ep. Osnabrugen.	1210 Oct. 30	
ob. Gerh. (1258 Julii 27)	<b>Gerhardus</b> de Lippe	1291	
(ob. Hild. 1273 Oct. 11)	<b>Hildeboldus</b> , <sup>2)</sup> conf.	1259 Apr. 17	
ob. Gis. (1306 Nov. 17)	<b>Giselbertus</b> , can. ips. eccl., el., prov.	1274 Febr. 27	Gre. X a. 2 t. 37 ep. 77
ob. Hen. el. (1307 Apr. 9)	<b>Henricus</b> de Gotthorne, el.	. . . . .	} Cle. V a. 5 ep. 248 (5364)
	<b>Joannes</b> Grand (Fursat), olim aep. Lunden. <sup>3)</sup>	1310 Febr. 11	

**Brandeburgen.**

<sup>7)</sup> Pro se et praedec. Henrico. Jam 14 Jan. 1407 facult. recip. munus consecr. a quoc. antist. obtinuit (Lat. t. 128 f. 229).

<sup>8)</sup> Et alteram renunt. Friderici praedicti 1420 Mart. 29 de novo ecclesiae Brandeb. praefecti; cfr. Arm. XII, 121 p. 130.

**Brechinen.**

<sup>1)</sup> Hoc die ejus consecratio committitur epo. s. Andreae.

<sup>2)</sup> Mag. (theol. ?), def. nat. patiens. Apud *Gams* inter Gregorium et Albinum ponuntur (minus recte, ut videtur) Hugo, alter Gregorius (ad a. 1222), Gilbertus (ad a. 1249).

<sup>3)</sup> Greg. IX die 24 Maii 1275 eppos. s. Andreae et Dunkelden. electionem de Guilelmo Cumyni (!) O. Praed., in domo de Perth in theol. facult. regente, in epum. Brech. examinare et, si inveniunt eam de persona idonea esse factam, confirmare jubet (l. c.). Ei data est licentia testandi 1289 Dec. 2 a Nie. IV (a. 2 ep. 661 ed. Langlois 1763).

<sup>4)</sup> Cujus consecr. committit. epo. Tusculan., quae sec. *Potthast* nr. 24271 facta est 1296 Jan. 26; sed si Bon. VIII die 23 (non 16) Jan. 1295 coronatus est, illius epi consecr. facta est 1297 Jan. 26; si vero Bon. VIII die 16 (non 23) Jan. 1295 coronatus est, ille epus. 1296 (non 1297) Jan. 21 provisus est.

Hierarchia catholica medii aevi. I.

<sup>5)</sup> Def. nat. patiens.; cfr. l. c. ep. 177.

<sup>6)</sup> Can. eccl. s. Andreae O. S. A.

**Bremen.**

<sup>1)</sup> Ejus postulationem, contra quam reclamaverat cap. Hambrurgen., Otto el. Herbipolen. a. 1208 penitus reprobata denuntiare jussus est ab Inn. III ed. *Potth.* nr. 3299, 3000, cfr. 3354, 3530; ipsum „apostatam quondam epum. Sleswicen.“ a civ. Bremen. expelli jussit 1209 Julii 2 idem Inn. III ed. *Potth.* 3760 cfr. 3761; sed Waldemarus per ducem Bernardum Bremam reductus est, ita ut Gerardus ep. Osnabrugen. a S. P. in aepum. Bremen. confirmatus possessionem hujus ecclesiae non posset adipisci (cfr. *Potth.* nr. 4116–4610); denique Waldemarus, qui 1212 Febr. 28 excommunicatus erat denuntiandus (*Potth.* nr. 4391), cessit et habitum O. Cist. assumpsit, quare Hon. III die 24 Sept. 1220 cum in aliquo monasterio hujus Ord. recipi jussit (a. 5 ep. 136 ed. *Press.* 2720).

<sup>2)</sup> Cui Clemens IV die 30 Oct. 1268 mandat, ut eccl. Hambrurgen. (!) in suo titulo nullatenus supprimat, sed Bremen. et Hamb. aepum., sicut a praedecessoribus observabatur, se nomet (*Potthast* 20491 cfr. 6745 et 6751).

<sup>3)</sup> Rej. Bernardo (de Wölpe) praepos. Bremen. in disc. cum qu. Florentio (de Brunkhorst, nepote praedicti Giselberti) scolast. ips. eccl. a cap. el.

ob. Jo. (1327 Maii 30)	<b>Burcardus</b> (Grelle), adiac. Bustringiae <sup>4)</sup>	1327 Sept. 25	Jo. XXII a. 12 t. 85 ep. 76
ob. Borch. (1344 Aug. 12)	<b>Otto</b> (de Oldenburg), can. ips. eccl., el., prov.	1345 Febr. 14	Cle. VI a. 3 t. 163 ep. 80
ob. Ott. (a. 14 Mart. 1348)	<b>Godefridus</b> (de Arnsberg), ep. Osnabrugem.	1348 Junii 13	Cle. VI a. 7 t. 187 ep. 129
res. Gotfridi	<b>Albertus</b> de Brunswich, can. Magdeburg., subdiac.	1360 Julii 17	Inn. VI Av. t. 22 f. 51
(ob. Alb. 1395 Apr. 14)	<b>Otto</b> (de Braunschweig), ep. Verden., obl. se	1395 Oct. 2	Bo. IX Obl. 48 f. 183
ob. Ott. (1406 Junii 30)	<b>Joannes</b> (de Slamsdorf), obl. se	1406 Sept. 25	Inn. VII Obl. 57 f. 110
ob. Joannis	<b>Nicolaus</b> , e comitum (de Delmenhorst) genere <sup>5)</sup>	1421 Mart. 14	Mart. V a. 4 Lat. l. 57 f. 125

**Bretinorien. v. Brictinorien. s. Bertinorien. (Bertinoro)** in Italia media, suffr. Ravenmaten. (350 fl.)<sup>1)</sup>

resign. Roberti	<b>Robertus</b> de Bret(t)evilla O. Er. s. A., mag. theol.	1365 Sept. 5	Urb. V Av. t. 10 f. 111
ob. Roberti	<b>Theobaldus</b> Pellisiae, prov. ab Urb. VI	1378 <sup>2)</sup>	A. Vat. Arm. LIV, 18 f. 28
ob. Theobaldi	<b>Ursillus</b> de Afflito, obl. se	1395 Nov. 15	Bon. IX Obl. 48 f. 185
tr. Ursi ad Monopol.	<b>Marcus</b> (de Teramo), ep. Monopolitan.	1404 Dec. 15	Inn. VII a. 1 Lat. l. pr. f. 90
tr. Marci ad Sarnen.	<b>Marcus</b> O. Serv. B. M. V.	1418 Dec. 22	Gams 674
ob. Marci	<b>Ventura</b> de Abbatibus, can. Caesenaten. († 1477)	1429 Apr. 13	Mart. V a. 12 Lat. l. 154 f. 219

**Briocen. (Saint Briec)** in Gallia, suffr. Turonen. (800 fl.)

ob. Godefredi (1202)	<b>Joscelinus</b> (1202, † 1206), <b>Guilelmus</b> , el.	1207	} Gams 615
ob. Guil. (1208)	<b>Petrus</b> (1208, † 1212), <b>Silvester</b> , el.	1213	
ob. Silv. (1220)	(S). <b>Guilelmus</b> Pinchon, el.	1220	
ob. Guil. (1234 Jul. 29)	<b>Philippus</b> (1235, † 1248), <b>Andreas</b> , sedet	1251	} Alex. IV. a. 3 t. 25 ep. 140
ob. Andreae	<b>Radulfus</b> , officialis et can. ips. eccl., el., prov. <sup>1)</sup>	1257 Febr. 23	
. . . . .	<b>Simon</b> , sedet	1260	Gams 615
ob. Simonis (1271)	<b>Petrus</b> (de Vannes), can. ips. eccl., el. <sup>2)</sup> , prov. <sup>3)</sup>	1273 Maii 29	Gre. X a. 2 t. 37 ep. 58
. . . . .	<b>Godefredus</b> , sedet	1295	Gams 615
ob. Gaufridi (1312)	<b>Alanus</b> , adiac. Galayae in eccl. Briocen. <sup>4)</sup>	1313 Jan. 8	Cle. V a. 8 ep. 79 (8965)
ob. Alani (1320)	<b>Joannes</b> , cantor eccl. Trecoren., diac., nobilis <sup>5)</sup>	1320 Febr. 15	Jo. XXII a. 4 t. 70 ep. 801
tr. Joannis ad Dolen.	<b>Matthaeus</b> Ferrandi, can. Cenomanen. <sup>6)</sup>	1328 Julii 13	Jo. XXII a. 12 t. 87 ep. 2914
res. Matthaei el.	<b>Radulfus</b> (d'Escar, de la Fleche), can. Andegaven.	1329 Jan. 23	Jo. XXII a. 13 t. 90 ep. 1039 <sup>7)</sup>
ob. Rad. (1335 Mart. 17)	<b>Guido</b> de Montfort	1335	Gams 615
ob. Guidonis (1357)	<b>Hugo</b> (de Montrelais), ep. Trecoren.	1357 Aug. 21	Inn. VI Av. t. 17 f. 256
prom. Hug. ad Card. <sup>8)</sup>	<b>Laurentius</b> (de la Faye), adiac. Ganden. <sup>9)</sup>	1376 Jan. 2	Gre. XI a. 5 Av. t. 25 f. 486
tr. Laur. ad Abrincen.	<b>Guilelmus</b> (Beschard), adiac. Dolen.	1379 Aug. 6	Cle. VII Av. t. 13 f. 538
ob. Guilelmi	<b>Guilelmus</b> (Auger), adiac. Pentenriae <sup>10)</sup>	1385 Junii 7	Cle. VII Av. t. 35 f. 142
ob. Guil. (1404 Mart. 22)	<b>Joannes</b> (de Malestroit), adiac. Mediae <sup>11)</sup>	1404 Maii 2	Be. XIII a. 10 Av. t. 31 f. 444
tr. Joa. ad Nanneten.	<b>Alanus</b> (de la Rue), ep. Leonen.	1419 Sept. 18	Mart. V a. 2 Lat. l. 32 f. 106
ob. Alani (1424 Junii 4)	<b>Guilelmus</b> (de Brillet), cantor eccl. Redonen. <sup>12)</sup>	1424 Julii 7	Mart. V a. 7 Lat. l. pr. f. 145
tr. Guil. ad Redonen.	<b>Guilelmus</b> Eder, decanus eccl. Nanneten.	1428 Mart. 15	Mart. V Arm. XII, 121 p. 223

**Bremen.**

<sup>4)</sup> In eccl. Bremen., diac.

<sup>5)</sup> Can. ips. eccl., in minor. const., el., prov.

**Bretinorien.**

<sup>1)</sup> Antea „Foropopulien.“ V. ibidem.

<sup>2)</sup> Eodem fere tempore videtur provisus esse a Cle. VII quidam **Radulfus** O. Praed., cui licentiam testandi a Cle. VII jam concessam confirmat Ben. XIII (Av. t. 4f. 143) 11 Oct. 1394.

**Briocen.**

<sup>1)</sup> Jam cons. ab ipso S. P. (cfr. *Pothast* 16744).

<sup>2)</sup> In disc. cum mag. Petro Bili concanonico.

<sup>3)</sup> Jam cons. a. s. a.

<sup>4)</sup> Subdiac., a rege Franc. recommend.

<sup>5)</sup> 29 a. agens, cui 1320 Jul. 2 indulg., ut „a quoc.“ (*Mollat* 11747).

<sup>6)</sup> Cancell. regis Franciae.

<sup>7)</sup> Cfr. t. 115 f. 103 ep. 590/1.

<sup>8)</sup> Inter eum et Laurentium apud *Gams* refertur „Godefridus de Rohan, tr. a Veneten. 1372, res. 1375“.

<sup>9)</sup> In eccl. Tornacen., utr. jur. doctor.

<sup>10)</sup> In eccl. Briocen., lic. in leg., in minor. const.

<sup>11)</sup> In eccl. Nanneten., lic. in leg.

<sup>12)</sup> Referend. S. P., lic. in utr. jure. Eodem die de ejus persona etiam ecclesiae Maclovien. provisum est translato Guilelmo ep. Macl. ad Briocen., ea tamen conditione, quod si hic in suam transl. non consentiret, ipse praeficeretur eccl. Briocen., et sic factum est. Cfr. Mart. V a. 7 Lat. lib. prov. f. 14 et 149.



**Brixien. (Brescia)** in Italia super., suffr. Mediolan. (700 fl.)

res. Joannis (1212) <sup>1)</sup>	<b>Albertus</b> Rezzato, intrat	1213 Maii 22	} Gams 780
tr. Alb. ad Antiochen.	( <b>B.</b> ) <b>Gualla</b> Ronio O. Praed.	1229	
ob. Guallae (1244 Sep.5)	<b>Azzo</b> de Torbiato	1244	
ob. Azz. (1253 Oct. 18)	<b>Cavalcano</b> de Sali (1253, † 1263), <b>Martinus</b> <sup>2)</sup>	1263	
ob. Mart. (c. 1275)	<b>Berardus</b> Maggi <sup>3)</sup> , el.	1275 m. Sept.	
ob. Berardi	<b>Fredericus</b> de Madiis (Maggi) <sup>4)</sup> , el., prov.	1309 Jan. 2	Cle. V a. IV ep. 13 (3657)
tr. Fr. ad Placentin. <sup>5)</sup>	<b>Percevallus</b> (Fieschi), can. Tullen., nobilis <sup>6)</sup>	1317 Julii 27	Jo. XXII a. 1 (t. 66) ep. 4061
tr. Perc. ad Terdonen.	<b>Tiberius</b> (Torriani), ep. Terdonen.	1325 Maii 24	Jo. XXII a. 9 (t. 79) ep. 1909
ob. Tib. (ex. a. 1333)	<b>Jacobus</b> (Atti), scolast. eccl. Tullen., capell. S. P.	1335 Junii 14	Be. XII a. 1 (t. 120) ep. 14
ob. Jac. (1344 Oct. 31)	<b>Lambertinus</b> (Balduino), ep. Nimocien.	1344 Nov. 3	Cle. VI a. 3 (t. 163) ep. 31
ob. Lamb. (1349 Sept. 3)	<b>Bernardus</b> (Tricardo) O. Cist., ep. Pergamen.	1349 Oct. 23	Cle. VI a. 8 (t. 192) ep. 166
ob. Bern. (1358 Mart. 15)	<b>Raimundus</b> (Bianchi de Valate) <sup>7)</sup> el., prov.	1358 Sept. 24	Inn. VI Av. (t. 18) f. 321
ob. Raimundi	<b>Henricus</b> (Sessa), ep. Asculan.	1362 Dec. 19	Urb. V Av. t. 6 f. 117
tr. Henr. ad Cuman.	<b>Agapitus</b> (Colonna), ep. Aseulan.	1369 Oct. 22	Urb. V Av. t. 21 f. 184
tr. Agap. ad Ulixbon.	<b>Stephanus</b> Palosii de Urbe <sup>8)</sup> , subdiac.	1371 Sept. 3	Gre. XI Av. t. 1 f. 176
tr. Steph. ad Tudertin.	<b>Andreas</b> (de Aptis), ep. Tudertin.	1373 Mart. 30	Gre. XI a. 3 (t. 272) f. 68
ob. <sup>9)</sup> Andreae	<b>Nicolaus</b> Zanasio	1378	} Gams 780
tr. Nic. ad Benevent.	<b>Andreas</b> Serazoni O. Er. s. A., ep. Placentin.	1383 (1384)	
ob. Andreae	<b>Thomas</b> (Visconti O. Er. s. A.), obl. se person. <sup>10)</sup>	1388 Jan. 28	Urb. VI Obl. 48 f. 64
tr. Thom. ad Cremonen.	<b>Franciscus</b> (Lante O. Min.), ep. Lunen., obl. se	1390 Apr. 13	Bo. IX Obl. 48 f. 100
tr. Franc. ad Cremon.	<b>Thomas</b> (suprad.), ep. Cremonen.	1390 m. Oct.	Gams 780 <sup>11)</sup>
tr. Thomae ad Aegin.	<b>Thomas</b> de Pusterla, cler. Mediolan., leg. doctor <sup>12)</sup>	1397 Mart. 28	Bo. IX a. 8 Lat. l. 71 f. 251
ob. Thomae	<b>Guilelmus</b> (Pusterla) <sup>13)</sup> , obl. se	1399 Mart. 14	Bo. IX Obl. 48 A f. 111
ob. Guilelmi (1416)	<b>Pandulfus</b> (Malatesta), can. Bononien. <sup>14)</sup> , <i>admin.</i>	1416	} Mart. V a. 2 Lat. l. 32
recov. hanc admin.	<b>Franciscus</b> de Marerio <sup>15)</sup> , in minor. const.	1419 Jan. 30	

**Brixien.**

<sup>1)</sup> Eum „linguae officio destitutum et grandaevum“ ad resign. adduci jussit Inn. III ed. Potth. 4570.

<sup>2)</sup> Qui idem habendus est atque ille mag. Martinus, el. Brixien., cui Urb. IV litteris 15 Mart. 1264 datis indulget, ut, cum ad eccl. suam laicali potentia occupatam accedere nequeat, beneficia promotionis tempore in Senonen. et Brixien. dioec. obtenta, obsequiis papae insistendo, retinere valeat (Reg. Urb. IV ed. *Guiraud* III, 420, nr. 2491 s.). In ejusd. Martini epi., tunc el. Brixien., praejudicium **Ubertus** de Fontana, praepos. eccl. de Vieulo dioec. Placentin., in regimen eccl. Brixien. tamquam ad idem electus se intruserat, propter quod ab ipso Mart. ep. excommunic. et praepositura de Vico privatur, ad quam 1275 Mart. 14 restituitur a Greg. X (*Potthast* nr. 21001). Cfr. Greg. X a. 3 ep. 88 (463).

<sup>3)</sup> Cui Guiscardus ep. Pergamen. auct. Greg. X munus consecr. impendit; cfr. Reg. Nic. IV a. 3 ep. 530 ed. *Langlois* 3651.

<sup>4)</sup> Can. Brixien., clericus.

<sup>5)</sup> Transfertur ob malam admin. eccl. Brixien., sed in hanc transl. non consensit, volens magis episcopus nullius eccl. remanere. Cfr. Jo. XXII a. 7 t. 74 ep. 709. Postmodum fautorem Ludovici Bav. egit.

<sup>6)</sup> Capell. Lucae s. Mariae in via lata diac. card., cum quo tempore promot. in Anglia existit, cura eccl. Brixien. interim Inverardo abb. mon. s. Euphemiae O. S. B. commissus; 1318 Mart. 2 ei prorog. tempus recip. consecr. ad annum (*Mollat* 5696 et 6398).

<sup>7)</sup> Abbas mon. s. Petri in monte O. S. B. Brixien.

<sup>8)</sup> Can. eccl. s. Mariae maj. de Urbe (et camerarius cleri Rom.).

<sup>9)</sup> Vel potius amotionem, nam Cle. VII 1382 Nov. 10 Andreae ep. Brixien. committit administrationem eccl. Tudertin. et jurisdict. omnium eccl. in ducatu Spoletano. Reg. Vat. t. 294 f. 29 et 30.

<sup>10)</sup> Pro se ipso et praedec. Nicolao, Andrea, Stephano. Apud *Gams* 780 Petrus Filargus (fut. Alex. V) recensetur inter Andream et Thomam; sed ille ab eccl. Placentin. illico ad Vicentin. translatus est.

<sup>11)</sup> Ubi tamen legitur „1396“, sed jam 1390 Oct. 21 oblig. se Franciscus ut ep. Cremonen., ergo eodem tempore debuit Thomas retransferri ad Brixien.

<sup>12)</sup> Vel potius studens in legibus, sicut declaratur in litteris Bon. IX die 17 Oct. 1397 datis. Eodem die, quo promotus erat, Thomae praedecessori annum pensionem 300 fl. auri solvere jussus est (Lat. t. 47 f. 95 et 130).

<sup>13)</sup> Clericus Mediolan., 19 a. agens, super quo defectu dispensatur 1398 Dec. 27 (Lat. t. 71 f. 71).

<sup>14)</sup> Cfr. Constantien. suffr. Rothom. ad a. 1418. Qui partem quamdam fructuum et proventus eccl. Brixien. Brandae tit. s. Clem. presb. card. cedere debebat, quae concessio. a Jo. XXIII facta, revocata est 1419 Febr. I a Mart. V (a. 2 Lat. l. 32 f. 60). A. 1409 Maii II occurrit quidam **Antonius** ep. Brixien. de obed. Gre. XII (Div. Camer. t. 2 f. 26); hic est Antonius Corriarius O. Praed. ep. Civ. novae paulo ante ad Brixien. et paulo post ad Cetenen. translatus.

<sup>15)</sup> Can. eccl. s. Mariae trans Tib. de Urbe, notarius apost.

**Brixinen. (Brixen) in Tyrolo, suffr. Salzeburgen. (3000 fl.)**

ob. Henrici	<b>Eberhardus</b> de Truchsen (Regensburg) <sup>1)</sup>	1196	} Gams 265	
tr. Eberh. ad Salzeb.	<b>Conradus</b> de Rodeneck, praepos. Novae cellae	1200		
ob. Conr. (1217 Oct. 14)	<b>Bertholdus</b> de Neifen, sedet	1217 m. Dec.		
ob. Berth. (1224 Julii 17)	<b>Henricus</b> de Taufers, adiac. Aquilegen.	. . . . .		
ob. Henr. (1239 Nov. 18)	<b>Egno</b> de Eppan, can. ips. eccl., sedet	1240 Maii 20		
tr. Egn. ad Tridentin.	<b>Bruno</b> (de Wullenstetten), can. Magdeburgen.	1250 Nov. 8		Inn. IV a. 8 epp. 171, 188/191
ob. Brun. (1288 Aug. 24)	<b>Henricus</b> (de Trofajach), decanus Brix., el. <sup>2)</sup> prov.	1290 Dec. 3		Nic. IV a. 3 ep. 610 (3878)
ob. Henrici (a. s. a.)	<b>Landulfus</b> (de Mediolano) <sup>3)</sup> , praepos. WORMATIEN.	1295 Sept. 30		Bo. VIII a. 1 ep. 493
ob. Landulfi (occisi) <sup>4)</sup>	<b>Arnoldus</b> (1302), <b>Joannes</b> Sax, praep. Berchtesg.	1303		} Gams 265
ob. Joa. (1306 Apr. 26)	<b>Joannes</b> Wulfing (de Güttingen) <sup>5)</sup>	1306		
tr. Joa. ad Bambergen.	<b>Ulricus</b> de Schlüsselberg, can. Bambergen.	1322 Junii 16	} Jo. XXII a. 7 (t. 74) ep. 485	
ob. Ulrici el.	<b>Conradus</b> (de Klingenberg), praepos. Constantien. <sup>6)</sup>	1322 Oct. 1		
tr. C. el. ad Frisingen.	<b>Albertus</b> (de Enna), praepos. Frisingen., subdiac.	1324 Julii 4	Jo. XXII a. 8 (t. 77) ep. 1370	
ob. Alb. (1336 Nov. 1)	<b>Matthaeus</b> can. Brixinen., el.	1336 Nov. 20	Gams 265	
ob. Mat. (1363 Oct. 27)	<b>Joannes</b> de Lenzburg, ep. Gurcen. <sup>7)</sup>	1364 Febr. 14	Urb. V Av. t. 8 (157) f. 189	
ob. Joa. (1374 Aug. 6)	<b>Fredericus</b> (de Erdingen), ep. Curien. <sup>8)</sup>	1376 Apr. 2	Gre. XI a. 6 (t. 290) ep. 107	
res. Frederici	<b>Ulricus</b> de Vienna, can. Brixinen.	1396 Mart. 17	Bo. IX a. 7 Lat. l. 62 f. 111	
ob. Ulr. (1417 Maii 5)	<b>Sebastianus</b> Stämpfel, decanus ips. eccl., cons.	1417 Julii 25	Gams 265	
ob. Seb. (1418 Apr. 12)	<b>Bertholdus</b> (de Bückelsberg) <sup>9)</sup> el., prov.	1418 Julii 11	Mart. V Arm. XII, 121 p. 106	
ob. Berth. (1427 Sep. 12)	<b>Ulricus</b> (Putsch), can. ips. eccl., el., prov.	1428 Jan. 29	Mart. V a. 11 Lat. l. pr. f. 52.	

**Brugnaten. al. Bruniaten. s. Ampruniaten. (Brugnato) in Italia super., suffr. Januen. (1331/3 fl.)**

ob. Guilelmi (1200)	<b>Sinibaldus</b> Fieschi, patruus Innoc. IV	1200	} Gams 818
ob. Sin. (1230 Nov. 26)	<b>Guilelmus</b> Contardi <sup>1)</sup>	1230	
ob. Guil. (post 1250)	<b>Balduinus</b> Fieschi (1252), <b>Philippus</b> Pallavicini	1262, 1264	
. . . . .	<b>Nicolaus</b> Gentile <sup>2)</sup>	1265 Maii 10	
tr. Nic. ad Pensauren.	<b>Sorleone</b> O. Praed.	1265	
ob. Sorl. (1280)	<b>Philippus</b> Passaño (1281). <b>Harduinus</b> de Franchi	1288, 1292	
. . . . .	<b>Jacobus</b> de Pontremoli	1300	

**Brixinen.**

<sup>1)</sup> M. Maio 1198 adhuc electus ad eccl. suam reverti jussus est ab Inn. III (*Pothast* nr. 186 et \* 1116).

<sup>2)</sup> In disc. cum Ottone can. ejusd. eccl. et Bonincontro apresb. Veronen. Die 4 Mart. 1290 Nic. IV (a 3 ep. 71 ed. Langlois 2449) aepe. Salzeb. inhibuerat, ne ullum horum trium confirmaret.

<sup>3)</sup> Physicus et capell. b. m. Rudolphi regis Rom.

<sup>4)</sup> Ante 26 Mart. 1301. Die 22 Sept. 1301 Bon. VIII aepe. Salzeburgen. mandat, ut electionem de fr. **Conrado** abbate mon. in Stams O. Cist. in epum. Brixinen. a capit. factam, si eam de persona idonea celebratam invenerit, confirmet (Reg. Vat. t. 50 f. 60 ep. 227 ed. *Digard* nr. 4161).

<sup>5)</sup> „Recognovit 1308 Apr. 26 servitium comm. Landulfi praedec. sui, pro se nihil promisit, quia non per Curiam facta fuit provisio de ipso“ (Cle. V ed. Mon. Ben., app. I p. 219).

<sup>6)</sup> Die 27 Junii 1324 dispensat Jo. XXII (a. 8 t. 77 ep. 1972) cum eo, quod infra tempus statutum non se fecerit consecrari.

<sup>7)</sup> Cum **Lampertus** (de Born seu Brunn) ecclesiae Spiren. praeficeretur 1364 Febr. 14, nominatus est „electus Brixinen.“ Etiam in quodam libro collect. Arch. Vat. ad diem 27 Jan. 1364

vocatur „tunc electus Brixinen., olim abbas mon. Gengenbach O. S. B. dioec. Argentin., collector apost.“ Cfr. *Kirsch*, Die päpstl. Kollektorien in Deutschl. p. 390, 392. Praedictus Joannes, qui jam m. Dec. 1363 in epum. Brixinen. a capit. el. vel postul. erat, obl. se 1365 Julii 16 (Obl. 36 f. 108) et solvit comm. serv. partim 1370 Jan. 28, partim 1370 Jul. 30, postquam ei 1369 Maii 8 et Nov. 29 terminus id solvendi prorogatus est (Obl. t. 38 f. 182, 227, 241; t. 39 f. 11).

<sup>8)</sup> Leopoldus Dux Austriae supplicaverat, ut Joannes de E(hen)-lingen protonotarius suus in epum. Brix. promoveretur, qui nunc fit epus. Curien.

<sup>9)</sup> Praepos. mon. Novae cellae (*Neustift*) O. Can. reg.

**Brugnaten.**

<sup>1)</sup> Ipse 1235 Jan. 13, adhuc el., conquestus est de miserabili statu eccl. suae. Cfr. Greg. IX a. 8 t. 17 ep. 407, a. 9 t. 18 ep. 173, 360, 361, a. 10 ep. 149, et Naulen. not. 1.

<sup>2)</sup> In litt. Urb. IV die 11 Febr. 1264 datis, quibus quoddam instrum. 1263 Dec. 19 confectum insertum est, N. „epus. quond. Brun.“ tamquam testis affertur (Reg. Urb. IV nr. 1065).

ob. Jacobi <sup>3)</sup>	<b>Gerardus</b> O. Min.	1321 Jan. 16	Jo. XXII a. 5 (t. 71) ep. 355
ob. Gerardi	<b>Lambertus</b> qu. Guiciardini de Bononia <sup>4)</sup>	1340 Jan. 26	Be. XII a. 6 (t. 128) ep. 27
ob. Lamberti <sup>5)</sup>	<b>Tropetus</b> de Cancellis, monachus m. s. Venerii <sup>6)</sup>	1344 Maii 28	Cle. VI a. 3 (t. 163) eo. 2
ob. Tropeti <sup>7)</sup>	<b>Ludovicus</b> (Gandolfo) O. Min., el., prov.	1363 Febr. 20	Urb. V Av. t. 6 f. 143
ob. Lud. (1390 Maii 1) <sup>8)</sup>	<b>Lando</b> (Plancio), obl. se	1390 Junii 1	Bo. IX Obl. 48 f. 102
ob. Landonis	<b>Franciscus</b> de Cuticis, monachus m. s. Mich. <sup>9)</sup>	1400 Oct. 29	Bo. IX a. 11 Lat. 1. prov. f. 107
ob. (Francisci)	<b>Simon</b> de Famascheriis (Tomati), el., prov.	1418 Mart. 9	Mar. V Arm. XII, 121 p. 100
ob. Simonis	<b>Thomas</b> de Henriginis, prior m. s. Georgii <sup>10)</sup>	1418 Nov. 14	Ibidem p. 101

**Brundizen. v. Brandizuberen.**

**Brundusin. et Horitan. (Brindisi-Oria) in Italia infer., metrop. (600 fl.)**

.....	<b>Girardus</b> (jam el. 1196 Oct. 18) <sup>1)</sup> . <b>Dominicus</b> (?)	1203—1216	.....
.....	<b>Peregrinus</b> (cons. 1216. † 1224) <sup>2)</sup> , <b>Joannes</b> (?)	.....	.....
.....	( <b>Petrus</b> de Bisignano). abbas m. s. Vincentii <sup>3)</sup>	1225 Sept. 27	Ho. III a. 10 (t. 13) ep. 55
ob. Petri	<b>Petrus</b> Paparone, sedet	1239 Oct. 15	Gams 862
.....	<b>Peregrinus</b> , ep. Castren. suffr. Hydrunt.	1254 Oct. 23	Inn. IV a. 12 (t. 23) ep. 272
ob. Peregrini	<b>Adenulfus</b> , jam el.	1288 Maii 23	Gams 862
tr. Aden. ad Consan.	<b>Andreas</b> (Pandone). can. Capuan., subdiac. <sup>4)</sup>	1296 Febr. 5	Bo. VIII a. 2 ep. 7 (888)
tr. Andreae ad Capuan.	<b>Radulfus</b> , patr. Hierosol., in admin.	1304 Junii 5	Be. XI ep. 745(944) cfr. Obl. 1, 25
revoc. hanc admin. <sup>5)</sup>	<b>Bartholomaeus</b> , decanus Capuan., capell. S. P. <sup>6)</sup>	1306 Jan. 22	Cle. Va. 1 ep. 641 (ed. mon. Ben.)
ob. Bartholomaei	<b>Bertrandus</b> O. Praed., jam cons. a. s. a.	1319 Dec. 18	Jo. XXII a. 4 (t. 70) ep. 474
ob. Bertrandi <sup>7)</sup>	<b>Guilelmus</b> (Isardi O. Min.), ep. Alben.	1333 Dev. 6	Jo. XXII a. 18 (t. 107) ep. 11
tr. Guil. ad Benevent.	<b>Guilelmus</b> (de Rosières) O. S. B., aep. Tranen.	1344 Febr. 28	Cle. VI a. 2 (t. 161) ep. 57
tr. Guil. ad Casinen.	<b>Galhardus</b> (de Carcès), ep. Vesprimen.	1346 Julii 19	Cle. VI a. 5 (t. 173) ep. 17
ob. Galh. (Nemausi)	<b>Joannes</b> de Porta, aep. Corfien.	1348 Maii 30	Cle. VI a. 7 (t. 188) ep. 14
tr. Joannis ad Capuan.	<b>Pinus</b> (O. Praed.), ep. Vigintimilien.	1352 Nov. 2	Cle. a. 11 (t. 213) ep. 34
ob. Pini	<b>Gurellus</b> , thesaur. ecel. s. Nicolai Baren. <sup>8)</sup>	1379 Febr. 7	Cle. VII Av. t. 15 f. 439
.....	<b>Marinus</b> de Judice, ep. Cassanen.	c. id. temp.	prov. ab Urb. VI
tr. Mar. ad Tarentin.	<b>Richardus</b> Rogerii	1382 Junii 11	Jo. XXIII a. 3 Lat. 1. 32 f. 2
ob. Ricardi	<b>Pandullus</b> , abbas m. b. Mariae Montisvirginis <sup>9)</sup>	1412 Nov. 28	Jo. XXIII a. 5 Lat. 161 f. 218
ob. (Pandulli) <sup>10)</sup>	<b>Aragonus</b> de Malaspina. <sup>11)</sup> protonot. apost.	1415 Febr. 9	Mart. V Lat. 195 f. 109
tr. Arag. ad Hydrunt.	<b>Paulus</b> <sup>12)</sup> , confirm.	1418 Febr. 23	Mart. V Arm. XII, 121 p. 163
ob. (Pauli)	<b>Petrus</b> Gattula, ep. s. Agathae	1423 Maii 17	

**Brugnatén.**

<sup>3)</sup> Et renunt. Berardi abb. mon. s. Syri Januen. O. S. B. a cap. el.  
<sup>4)</sup> Can. s. Fridiani Lucan. O. S. A.  
<sup>5)</sup> A. 1344 praeficitur ecclesiae Milopotamen. in epum. **Nicolaus** O. Min., qui antea ecclesiae Brugn., quae falso rumore vacare credebatur, praefectus erat.  
<sup>6)</sup> De Tyro O. S. B. dioec. Januen.  
<sup>7)</sup> Inter cum et Ludov. Gand. apud *Gams* afferuntur Ludovicus Pallavicini ad a. 1350 et certus quidam Nicolaus ad a. 1362.  
<sup>8)</sup> A. 1371 Mart. 10 ecclesiae Ampruniaten. suffr. Januen. per ob. Francisci (!) praefectus est **Martinus** de Narnia, qui detecto errore, quod ecel. Amprun. non vacabat, 1373 Sept. 5 translatus est ad Plovacen.  
<sup>9)</sup> De Brevibus O. S. B. dioec. Lauden.  
<sup>10)</sup> De Pontremulo et s. Benedicti de Taliono O. S. B., postul., prov.

**Brundusin.**

<sup>1)</sup> A. 1199 Dec. 17 monuit Inn. III (ed. Potth. 906, 907) clerum Brund. et Hor., ut electo aepe. obediret.  
<sup>2)</sup> Hic, antea can. Asten., ab ipso Hon. III anno pont. primo

consecratus est. Cfr. Hon. III a. 1 ep. 114 (182) d. d. 1216 Dec. 18 et lib. I f. 103.

<sup>3)</sup> De Vulturno O. S. B.

<sup>4)</sup> Capell. S. P., cfr. Potthast nr. 24286, ubi leg. „Febr. 13“.

<sup>5)</sup> Et cass. elect. de Landolfo abb. mon. s. Bened. de Salerno O. S. B. et fr. Guarnerio in disc. fact.

<sup>6)</sup> Cfr. Capuan. not. 3.

<sup>7)</sup> Et cass. elect. de Petro decano Capuan. et Nicolao Cabalerio can. Brundusin. in disc. fact.

<sup>8)</sup> In minor. ord. const.

<sup>9)</sup> O. S. B. dioec. Avellin.

<sup>10)</sup> Ut falso credebatur.

<sup>11)</sup> Archipresb. Albingan., subdiac.

<sup>12)</sup> Cognom. „de Roma“, cubicularius Gre. XII, ab ipso jam 1411 Mart. I ecclesiae Brund. vac. per ob. **Victoris** (!) praefectus in aepum.; cum in Curia Rom. remaneret, Andream epum. Chrysopolitan., jam Victoris vicarium gen., in eodem officio confirmavit (Reg. Vat. t. 337 f. 224). Gre. XII eundem Paulum executorem testamenti sui instituit. Ille Victor, promotus a Gre. XII, Ricardo defuncto circa a. 1409 successisse videtur.

**Buduen., Burdegalen.**

**Budinen. v. Bidinen.**

**Budien. (Buduen.)** vel **Biduanen.** seu **Bodanen. (?)** (Budua) in Dalmatia. suffr. Ragusan.

.....	<b>Incelerius</b> (Proditz), O. Er. s. A. <sup>1)</sup>	1273, 1299	cfr. not. 1
.....	<b>Joannes</b> , suffr. Brixinen. et Tridentin.	1330, 1331	} Ann. f. d. Niederrhein VIII, 179
.....	<b>Petrus</b> (1343), <b>Henricus</b> (moratur 1345 Avinione)	1344, 1346	
.....	<b>Joannes</b> Luciani O. Min. <sup>2)</sup>	1360	.....
.....	<b>Guilelmus</b> O. Praed. <sup>3)</sup>	1379	prov. a Cle. VII
.....	<b>Albertus</b> , ep. „Bodanen.“ (suffr. Brixinen.)	1381, 1384	.....
ob. Guilelmi	<b>Joannes</b> Egret O. Min.	1386 Febr. 26	Cle. VII Av. t. 41 f. 67
ob. Joannis <sup>4)</sup>	<b>Otto</b> Roder O. Praed.	1401 Dec. 23	Bon. IX a. 13 Lat. l. pr. f. 121

**Bulgarorum v. Tirnovitan.** — **Bulsinen.** al. **Bolcinen. v. Muran.** n. 4. — **Bundizen. v. Bonditien.**

**Burdegalen. (Bordeaux)** in Gallia, metrop. (4000 fl.)<sup>1)</sup>

ob. Eliae (1207)	<b>Guilelmus</b> Amanevi de Geniès, el.	1207	} Gams 520
ob. Guil. (1227 Sept. 13)	<b>Geraldus</b> de Malemort, el.	1227 m. Dec.	
ob. Ger. (in. a. 1261) <sup>2)</sup>	<b>Petrus</b> de Roncevault, pr.	1262 Mart. 23	
ob. Petri (1270 Jan. 11) <sup>3)</sup>	<b>Simon</b> de Rupecavardi, decanus Bituricen.	1275 Sept. 4	Gre. X a. 4 (t. 37) f. 46
ob. Simonis <sup>4)</sup>	<b>Henricus</b> (de Geniès), adiac. de Tornadoro <sup>5)</sup>	1289 Julii 25	Nic. IV a. 2 ep. 330 (1101)
ob. Hen. (1297 m. Apr.) <sup>6)</sup>	<b>Bertrandus</b> (du Got), ep. Convenar.	1299 Dec. 23	Bo. VIII a. 5 ep. 409 (3284)
exalt. B. in S. P. (Cle. V prom. Arn. ad Cardin.	<b>Arnaldus</b> de Chanteloup (Cantalupo), camer. S. P.	1305	Gams 520
ob. Arn. (1332 Mart. 26)	<b>Arnaldus</b> de Chanteloup jun., obl. se	1306 Julii 28	Cle. V ed. M. B. app. I f. n. 24
ob. Petri (1345)	<b>Petrus</b> (de Luc), scolast. Burdegal., postul., prov.	1332 Maii 13	Jo. XXII a. 16 (t. 103) ep. 33
ob. Amanevi	<b>Amanevus</b> de Casis, can. Bajocen., leg. doctor <sup>7)</sup>	1347 Jan. 19	Cle. VI a. 5 (t. 177) ep. 46
ob. Bernardi	<b>Bernardus</b> de Casis, can. ips. eccl., bacc. in leg.	1348 Sept. 17	Cle. VI a. 7 (t. 188) ep. 47
ob. Am. (1360 Jun. 27)	<b>Amanevus</b> de Apta (de la Mothe), can. ips. eccl.	1351 Sept. 28	Cle. VI a. 10 (t. 206) ep. 34
ob. Philippi	<b>Philippus</b> (Gaston), aep. Nicosien.	1360 Julii 21	Inn. VI Av. t. 23 f. 78
ob. Eliae	<b>Elias</b> (de Salignac), ep. Sarlaten.	1361 Sept. 24	Inn. VI Av. t. 27 f. 204
	<b>Guilemus</b> Bruni, adiac. Blavien. in eccl. Burdeg. <sup>8)</sup>	1379 Febr. 11	Cle. VII Av. t. 15 f. 427

**Buduen.**

<sup>1)</sup> Munere suffraganei in dioec. Herbipolen., Bambergen., Caminen., Constantien., Halberstaden. et Maguntin. fungebatur. Cfr. Keller, Index episc. O. Er. s. A. German. p. 17.

<sup>2)</sup> Qui idem esse videtur ac Joannes de Langebrugge ep. Buduen., qui a. 1362 suffr. epi. Bathonien. egisse dicitur.

<sup>3)</sup> Suffraganeum Adolphi aepi. Maguntin. a. 1379 et sequ. agebat.

<sup>4)</sup> Et absol. **Matthiae** de Alamannia O. Praed. (suffr. epi. Trajecten.), qui promotionis suae litteras tempore debito confici non curavit (Lat. t. 67 f. 296). Sed 19 Jul. 1402 Bon. IX litteras, quibus Fred. ep. Trajecten. illum Mathiam suffr. suum instituit, confirmat (Lat. t. 104 f. 222). — A. 1400 Nov. 24 a Bon. IX (a. 12 Lat. l. pr. f. 219) ecclesiae Budomen. (?) vac. per ob. **Luceae** praefectus est in epum. **Wenceslaus** Joannis O. Er. s. A., sed hae litterae postmodum sunt cassatae.

**Burdegalen.**

<sup>1)</sup> Hacc eccl., olim regularis O. S. A., 1306 Nov. 9 constituta est saecularis et 1306 Nov. 26 exemta a jure primatiae et superioritate eccl. Bituricen. per Clementem V, qui fuit antea aep. Burdegalen. Cfr. a. 4 ep. 113 et 320 (3759 et 4601). De lite super illa

superioritate cfr. Reg. Greg. IX ed. *Auvray* nr. 96—98, 353, 488, 519, 702—704, 709, 1002.

<sup>2)</sup> Die 30 Dec. 1261 in litt. Urb. IV mentio fit de Fortone (Frontone?) adiac. Xanctonen. et capell. S. P. tamquam electo Burdeg. (cfr. Reg. Urb. IV nr. 49 et 85), die autem 7 Maii 1262 de P. aepo. Burdeg. „tunc camerario nostro“ (Reg. Cam. 59).

<sup>3)</sup> Et cass. elect. de B. decano ips. eccl. in disc. cum qu. Guilelmo Arnaldi de Mota adiac. Blavien. fact.

<sup>4)</sup> Et cass. elect. de Beraldo, tunc adiac. Montalden. in eccl. Agennen. nunc el. Lugdun., in disc. cum qu. Raimundo abb. mon. s. Amilianus de Burgo dioec. Burdegal. fact.

<sup>5)</sup> In eccl. Lingonen. et (in disc.) el. Lugdunen; qui 1289 Nov. 9 ordinem fratrum Min. professus esse dicitur (l. c. nr. 1695).

<sup>6)</sup> Et renunt. **Bozonis** adiac. Melducen. in eccl. Burdegal., el. (cfr. Convenar.). — Die 26. Jan. 1300 Bon. VIII Bertrando aep. Burdeg. concedit facult. tum imponendi clero prov. Burdeg. subsidium pecuniarium tum visitandi ipsam prov. per alium praelatum (Reg. Vat. t. 49 f. 276 epp. 29 et 30).

<sup>7)</sup> Capell. et famil. S. P.

<sup>8)</sup> Lic. in decr. — Transfertur a. 1411 ad Philippen. (Lat. t. 142 f. 84). A. 1409 Oct. 7 ei mon. s. Aug. extra muros Lemovicen. O. S. B. datum est in commendam ab Alex. V (Later. t. 136 f. 62).

ob. Raim. (1384 Mart. 15)	<b>Raimundus</b> Bernardi de Roque(ri)is <sup>9)</sup>	c. id. temp.	prov. ab Urb. VI
prom. Franc. ad Card.	<b>Franciscus</b> (Uguccione), aep. Benevent. <sup>10)</sup>	1384 Aug. 28	prov. ab Urb. VI
ob. Francisci	idem <i>in admin.</i> <sup>11)</sup>	1405 Junii 12	prov. ab Inn. VII
ob. David	<b>David</b> de Monteferrando <sup>12)</sup>	1413 Junii 23	Jo. XXIII a. 4 Lat. I. pr. f. 123
	( <b>B.</b> ) <b>Petrus</b> Bellandi, can. ips. eccl.	1430 Oct. 16	Mart. V a. 13 Lat. I. prov. f. 96

**Burgen. (Burgos)** in Hispania, immed. subj. (2400 fl.)

ob. Martini (1200)	<b>Matthaeus</b> (1200. † 1202), <b>Fernandus</b> , jam el.	1203 Aug. 18	} Gams 17
ob. Fern. (1205)	<b>Garsias</b> de Contreras	1206	
ob. Garsiae (1211)	<b>Matthaeus</b> , jam el.	1211 m. Nov.	
ob. Matth. (1212 Jul. 18)	<b>Mauritius</b>	1213	
ob. Maur. (1238 Oct. 12)	( <b>Joannes</b> de Medina), ep. Oxomen., <sup>1)</sup> postul., prov.	1240 Maii 29	Gre. IX a. 13 (t. 19) ep. 240
ob. Joa. (1246 Oct. 1)	<b>Aparicius</b> , el.	1247	Gams 17
ob. Apar. (1257 Jul. 21)	<b>M(atthaeus</b> Rinal), ep. Conchen., postul., prov.	1257 Dec. 18	Alex. IV a. 3 (t. 25) ep. 768
ob. Matth. (1259 Oct. 2)	<b>Martinus</b> (Gonzalez de Contreras <sup>2)</sup> )	1260 Apr. 17	Alex. IV a. 6 (t. 25) f. 244
ob. Mart. (1267 Dec. 12)	<b>Joannes</b> (de Villahoz, Fauz), <sup>3)</sup> el., prov.	1268 Julii 13	Cle. IV a. 4 (t. 32) ep. 44
ob. Joa. (1269 Aug. 28) <sup>4)</sup>	<b>Gundisalvus</b> (Garcias de Gudiel), ep. Conchen.	1275 Sept. 27	Gre. X a. 4 (t. 37) ep. 53
tr. Gund. ad Toletan.	<b>Fernandus</b> (de Covarrubias) O. Min. <sup>5)</sup>	1280 Maii 21	Nic. III a. 3 (t. 39) ep. 38
ob. Fern. (1299 Nov. 12)	<b>Petrus</b> , can. ips. eccl., el., prov., cons. a. s. a.	1300 Junii 13	Bo. VIII a. 6 (t. 49) ep. 180
pr. Petri ad Sabinen.	idem <i>in admin.</i>	1302 Dec. 17	Bo. VIII a. 8 (t. 50) ep. 335
revoc. h. admin.	<b>Petrus</b> (Rodriguez Quiada, cfr. Hispalen. not. 7) <sup>6)</sup>	1303 Aug. 7	Bo. VIII a. 9 (t. 50) ep. 198
ob. Petri (1313 Maii 14)	<b>Gundisalvus</b> (de Hinojosa), ep. Legionen.	1313 Julii 12	Cle. V a. 8 ep. 511 (9532)
ob. Gund. (1327 Maii 15)	<b>Garsias</b> (de Torres Sotoscueva), <sup>7)</sup> el., prov.	1327 Aug. 21	Jo. XXII a. 14 (t. 84) ep. 2611
ob. Gars. (1348 Aug. 24)	<b>Petrus</b> , ep. Calaguritan.	1348 Sept. 17	Cle. VI a. 7 (t. 187) ep. 132
ob. Petri	<b>Lupus</b> (de Fontecha), ep. Calagur.	1351 Junii 8	Cle. VI a. 10 (t. 207) ep. 27
ob. Lupi (1351 Oct. 12)	<b>Joannes</b> Sancii (de las Roelas), <sup>8)</sup> el., prov.	1352 Febr. 13	Ibid. t. 206 ep. 43.
ob. Joannis (a. s. a.)	<b>Joannes</b> , ep. Seguntin.	1361 Junii 18	Inn. VI Av. t. 26 f. 39
ob. Fernandi	<b>Ferrandus</b> (Vargas), ep. Calagur.	1362 Apr. 6	Inn. VI Av. t. 28 f. 109
ob. Alf. (cf. Taboren.)	<b>Dominicus</b> (de Arroyuelo), can. ips. eccl., el., prov.	1366 Oct. 7	Urb. V a. 4 Av. t. 13 f. 80
	<b>Joannes</b> (Garcia Manrique), ep. Seguntin. <sup>9)</sup>	1381 Aug. 20	Cle. VII Av. t. 21 f. 18
	<b>Gundisalvus</b> (de Mena), ep. Calagur.	1382 Aug. 11	Cle. VII Av. t. 24 f. 58
	<b>Joannes</b> (de Villacrescentia), ep. Calagur.	1394 Jan. 28	Cle. VII a. 16 (t. 307) f. 16
	<b>Joannes</b> (Cabeza de Vaca), ep. Conchen.	1407 Mart. 14	Ben. XIII Av. t. 49 f. 82
	<b>Alfonsus</b> (de Illescas), ep. Zamoren.	1413 Febr. 23	Ben. XIII Av. t. 63 f. 384
	<b>Paulus</b> (de s. Maria), ep. Cartaginens. († 1435)	1415 Dec. 18	Ben. XIII a. 22 (t. 328) f. 36

**Burdegalen.**

<sup>9)</sup> Collector apost. in prov. Burdeg. (Reg. Vat. t. 310 f. 237).

<sup>10)</sup> Ei prorog. terminus solv. serv. comm. 1386 Mart. 23 et Jun. 23 (Obl. t. 47 f. 6 et 19); cfr. Vat. t. 314 f. 246 et not. 11 ad Beneventan.

<sup>11)</sup> In qua admin. confirm. 1411 Febr. II a Jo. XXIII (Lat. a. I l. 7 f. 85).

<sup>12)</sup> Decanus eccl. s. Severini Burdegal. de baronum genere, 26 a. agens. A. 1409 Jul. I obl. se **Joannes** (David?) de Monteferrando a Gre. XII in aep. Burdegal. prov.; cfr. Div. Cam. t. 2 f. 28 et Reg. Vat. t. 337 f. 104.

**Burgen.**

<sup>1)</sup> Cancell. regni Cast. et Leg.; cf. l. c. a. 14 ep. 63, 64.

<sup>2)</sup> Decanus ips. eccl., capell. S. P., mag. (theol.?).

<sup>3)</sup> Abbas saec. eccl. de castro Xerez in eccl. Burgen., jam cons. ab ipso S. P.

<sup>4)</sup> Et eass. elect. de Martino, tunc decano Burgen. nunc el. Seguntin., et Petro dieto Sarraceno adiac. Vallis positae in eadem eccl. in disc. fact.

<sup>5)</sup> S. P. famil. exper. notus, ab ipso jam cons.

<sup>6)</sup> Mag. schol. eccl. Compostell., subdiae.

<sup>7)</sup> Adiac. ips. eccl., diae.

<sup>8)</sup> Can. Toletan.

<sup>9)</sup> Circa idem tempus Urb. VI **Garsiam** Martini, presb. Legionen., in epum. Burgen. promovit, qui circa finem a. 1389 vel initium a. 1390 in quodam navigio ad civ. Gadicea. veniens declaravit. quod, si sibi securitas concederetur, in terram descenderet et suum errorem reeognosceret. Petrus aep. Hispalen. hanc securitatem ei concessit, quam Cle. VII 16 Jan. 1390 ratam et gratam habuit, eidem aepo. insuper facultatem tribuens, ut illum abjurato seismate (et resignato episcopatu) ab interdicti, suspensionis et excomm. sententiis absolveret omnemque inhabilitatis et infamiae maculam ab eo aboleret. Cfr. Cle. VII Av. t. 57 de indultis qu. 8.

**Burglanen.** (Börglum, Aalborg) O. Praem. in Dania. suffr. Lunden. (66<sup>2</sup>/<sub>3</sub> fl.)

.....	<b>Joannes</b> (1221, 1245), <b>Eskillus</b>	1245	} Gams 329
.....	<b>Rudolfus</b> O. Min. (1247, res. 1247) <sup>1)</sup> , <b>Olaus</b> Glob <sup>2)</sup>	c. 1252	
tanto tempore	<b>Joannes</b> de Heche, mag. <sup>3)</sup> el., prov. <sup>4)</sup>	1264 Julii 23	Urb. IV a. 3 (t. 28) ep. 294
.....	<b>Nicolaus</b> , el.	1282	Gams 329
ob. Nicolai	<b>Joseph</b> , can. ips. eccl. <sup>5)</sup> jam cons. a. s. a.	1298 Apr. 20	Bo. VIII a. 4 ep. 181 (2573)
ob. Josep	<b>Joannes</b> , praepos. ips. eccl., el., prov.	1304 Mart. 20	Be. XI ep. 492 (581)
.....	<b>Nicolaus</b> (1309) <sup>6)</sup> , <b>Tycho</b> Clerc O. Praed.	1328	} Gams 329
.....	<b>Andreas</b> (1345, † 1354), <b>Magnus</b> Joannis, el.	1354	
tr. Magni ad Ripen.	<b>Joannes</b> Michaelis, can. Ripen.	1365 Sept. 19	Urb. V Av. t. 10 f. 108
tr. Joannis ad Ripen.	<b>Sweno</b> , praepos. de Wendesysl in ead. eccl.	1370 Jan. 14	Urb. V Av. t. 22 f. 70
res. Sweni	<b>Petrus</b> Laurentii, can. Arusien. <sup>7)</sup> († 1430)	1396 Julii 2	Bo. IX a. 7 Lat. l. 62 f. 113

**Bybliën. v. Bibliën. — Caban** (de) in Armenia.<sup>1)</sup>**Cabilonen.** (Châlons sur Saône) in Gallia, suffr. Lugdunen. (700 fl.)

ob. Roberti (1215)	<b>Durandus</b> (1215, † 1231), <b>Guilelmus</b> de la Tour	c. 1231	} Gams 533
tr. Guil. ad Bisuntin.	<b>Alexander</b> de Bourgogne-Montaigu	1245	
ob. Alex. (1261) <sup>1)</sup>	<b>Theobaldus</b> (1261, † 1265), <b>Guido</b> de Senecey	1265	
ob. Guid. (1269 Oct. 12)	<b>Pontius</b> de Sissey	1269	
ob. Pont. (1273 Febr. 14)	<b>Guilelmus</b> Doublé	1273 m. Maii	
ob. Guil. (1294)	<b>Guilelmus</b> de Bellesvivre	1294	} Bo. VIII a. 8 (t. 50) ep. 150 Gams 533 Jo. XXII a. 17 (t. 104) ep. 454 Cle. VI a. 1 (t. 147) ep. 18 Cle. VI a. 3 (t. 167) ep. 75 Cle. VI a. 9 t. 199 ep. 27 Inn. VI a. 1 (t. 244) f. 156 Inn. VI Av. t. 16 f. 55 Inn. VI Av. t. 26 f. 34 Urb. V Av. t. 20 f. 159 Gre. XI Av. t. 21 f. 61 Cle. VII Av. t. 44 f. 139
ob. Guilelmi	<b>Robertus</b> (de Desise), can. ips. eccl., el. <sup>2)</sup> prov.	1302 Maii 25	
ob. Rob. (1314 m. Sept.)	<b>Bertaudus</b> (de la Chapelle de Villiers)	1315 v. 1316	
ob. Berthaudi	<b>Hugo</b> (de Corraubeuf), decanus ips. eccl.	1333 Mart. 15	
ob. Hugonis	<b>Petrus</b> de Cabilone, can. ips. eccl., el., prov.	1342 Junii 26	
ob. Petri	<b>Joannes</b> (Aubriot), adiac. Divionen. <sup>3)</sup>	1345 Mart. 21	
ob. Joannis	<b>Reginaldus</b> , decanus eccl. Brugen. <sup>4)</sup>	1351 Jan. 3	
tr. Reg. ad Cathalaun.	<b>Joannes</b> (de Mello), adiac. de Lineyo <sup>5)</sup>	1353 Oct. 2	
tr. Joa. ad Claromont.	<b>Joannes</b> (Germain), dec. Autissiod., lic. in utr. j.	1357 Febr. 8	
tr. Joa. ad Autissiod.	<b>Joannes</b> de s. Justo, can. Carnoten., capell. S. P.	1361 Junii 18	
ob. Joannis	<b>Gaufridus</b> (de Saligny), decanus Matiscon. <sup>6)</sup>	1369 Junii 18	
tr. Gaufr. ad Bajocen.	<b>Nicolaus</b> (de Veris), adiac. Senonen.	1374 Maii 12	
ob. Nic. (1386 Nov. 8)	<b>Oliverius</b> (de Martreuil), ep. Vivarien.	1387 Jan. 29	

**Burglanen.**<sup>1)</sup> Cfr. Alex. IV a. 1 (t. 24) ep. 365.<sup>2)</sup> Ipsum, praepos. de Lolusysel dioec. Arusien., per potentiam laicalem intrusum amoveri jussit 1252 Dec. 20 Inn. IV (a. 10 ep. 301 cd. Berger 6158); cfr. *Pothast* nr. 14813. Die autem 6 Jul. 1253 idem S. P. mag. Henrico capellano Ottoboni s. Adriani diac. card. mandat, ut, si invenerit illum Elaum a capit. Burgl. esse canonice electum, ipsam elect. confirmet; die denique 17 Mart. 1255 Alex. IV eppis. Ripen. et Rudolfo olim Burglanen. mandat, ut, quamdiu Elaus ep. Burgl. in curia Rom. absens a sua eccl. fuerit, redditus ipsius eccl. colligant et conservent (*Pothast* nr. 15049 et 15746.)<sup>3)</sup> Capellanus regis et reginae Daniae.<sup>4)</sup> Cons. ab epo. Wibergen.<sup>5)</sup> Alias eccl. Lunden. (*Pothast* nr. 24663).<sup>6)</sup> Ejus, Ordinem Praed. ingredi cupientis, resignationem recipere jussit 1328 Aug. 31 Jo. XXII (a. 12 t. 88 epp. 3140, 3141) aepum. Lunden.<sup>7)</sup> Obl. se person. 1396 Jul. 28 (Obl. t. 48 f. 190).**Caban.**<sup>1)</sup> **Jacobo** hujus eccl. epo. Joh. XXII (a. 2 t. 67 ep. 258) 27 Sept. 1317 indulget, ut, quotiens in Armenia in pontificalibus celebraverit aut verbum Dei praedicaverit, omnibus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis praesentibus unum annum et 40 dies de injunctis eis poenitentibus relaxare valeat; insuper conced. ei facultas absolvendi 20 personas a casibus reserv. atque eligendi pro se confessorem (l. c. ep. 256 et 258 B).**Cabilonen.**<sup>1)</sup> Et cass. elect. de cantore eccl. Aeduen. et capell. S. P. fact.<sup>2)</sup> In disc. cum Joanne de Sinemuro concan.<sup>3)</sup> In eccl. Lingonen.<sup>4)</sup> Dioec. Tornacen., diac.<sup>5)</sup> In eccl. Tullen., capell. S. P.<sup>6)</sup> Jur. utr. prof., capell. S. P. et litt. apost. contrad. auditor.

ob. Oliverii	<b>Joannes</b> de Costa, cantor eccl. Bajocen. <sup>7)</sup>	1405 Apr. 6	Be. XIII Av. t. 40 f. 139
tr. Joa. ad Mimatē.	<b>Philibertus</b> (de Saulx), praep. s. Amati Duacen. <sup>8)</sup>	1408 Mart. 10	Be. XIII Av. t. 54 f. 584
tr. Phil. ad Ambianen.	<b>Joannes</b> de Arconvalle, confessor Dalphini	1413 Apr. 14	Jo. XXIII Arm. XII, 121 p.74
ob. Joa. (1416 Aug. 27)	<b>Hugo</b> (d'Orges), el.	1416 Sept. 3	Gams 533
tr. Hug. ad Rothomag.	<b>Joannes</b> Rolini, mag. (theol.?), adiac. Aeduen.	1431 Jan. 26	Mart. V Arm. XII, 121 p. 257

**Cadurcen. v. Caturcen.**

**Caesaraugusten.** (Zaragoza) in Hispania, suffr. Terraconen., ab a. 1318 metrop. (3400 al. 5000 fl.)<sup>1)</sup>

ob. Raim. (ex. a. 1199)	<b>Rodericus</b> de Rocaberti (1200), <b>Ramon</b> de Castocol	1201	} Gams 20	
ob. Ram. (1216)	<b>Sanctius</b> de Ahones	1216		
ob. Sanctii (1236)	<b>Bernardus</b> de Monteacuto	1236		
ob. Bern. (1239 Mart. 8)	<b>Vincentius</b> de Aragonia	1239		
ob. Vinc. (1244)	<b>Rodericus</b> de Ahones	1244		
ob. Rod. (1248 Febr. 2)	<b>Arnaldus</b> Peralta, ep. Valentin.	1248		
ob. Arn. (1271 m. Jul.)	<b>Sanctius</b> Peralta (1271, † 1272), <b>Petrus</b> Garcès	1272		
ob. Petri (1280)	<b>Fortunius</b> de Bergua, can. Caesaraug. <sup>2)</sup>	c. 1282		
priv. Fortunii	<b>Hugo</b> (de Metaplana), praepos. Massilien. <sup>3)</sup>	1289 Maii 14		Nic. IV a. 2 ep. 165 (873 cfr. 7106)
ob. Hugonis	<b>Eximinius</b> (de Luna), sacrista ips. eccl.	1296 Julii 5		Bo. VIII a. 2 ep. 365 (1254)
tr. Ex. ad Terraconen.	<b>Petrus</b> (Lopez de Luna) <sup>4)</sup>	1317 Mart. 26	Jo. XXII a. 1 (t. 66) ep. 3000	
ob. Petri (1345 Febr. 22)	<b>Petrus</b> (Judicis), abbas mon. Crassen. O. S. B.	1345 Mart. 2	Cle. VI a. 3 (t. 163) ep. 69	
tr. Petri ad Narbonen.	<b>Guilelmus</b> (de Agrifolio, Aigrefeuille) <sup>5)</sup>	1347 Jan. 19	Cle. VI a. 5 (t. 177) ep. 49	
prom. Guil. ad Cardin.	<b>Lupus</b> (Fernandez de Luna), ep. Vicen.	1351 Sept. 28	Cle. VI a. 10 (t. 207) ep. 39	
tr. b. m. Lupi ad Hieros.	<b>Garsias</b> (Fernandez de Heredia), ep. Vicen.	1383 Oct. 7	Cle. VII Av. t. 28 f. 130	
ob. Gars. (1411 Jul. 1) <sup>6)</sup>	<b>Franciscus</b> (Clement), ep. Barchinon.	1415 Nov. 13	Be. XIII a. 22 (t. 328) f. 10	
irrit. h. transl. <sup>7)</sup>	<b>Alfonsus</b> (de Arguello O. Praed.), ep. Seguntin.	1419 Junii 7	Mart. V a. 2 Lat. t. 32 f. 241	
ob. Alf. (1429 m. Febr.)	<b>Franciscus</b> (Clement suprad.), patr. Hierosol.	1429 Nov. 4	Mart. V a. 12 Lat. l. 163 f. 204	

**Caesareen.** (Kaisarije) in Palaestina, metrop.

.....	<b>Petrus</b> (1220, 1227), <sup>1)</sup> <b>Bertrandus</b> <sup>2)</sup>	1237	} Regesta regni Hieros.
.....	<b>Joscellinus</b> (1241, 1267) <sup>3)</sup> , <b>Matthaeus</b>	1280	
.....	<b>Gregorius</b>	.....	} Gre. XI Av. t. 30 f. 75
ob. Gregorii	<b>Stephanus</b> , aep. Naxien.	1377 Sept. 18	
.....	<b>Jacobus</b> , commend. eccl. paroch. in Grunspan <sup>4)</sup>	1392 Junii 25	Bo. IX Lat. t. 24 f. 125
.....	<b>Ulricus</b>	.....	} Jo. XXIII a. 2 Lat. l. prov. 205 cfr. Lat. 158 f. 267
ob. Ulrici	<b>Thomas</b> O. Min. <sup>5)</sup>	1412 Mart. 17	
ob. ....	<b>Albertus</b> (Albicus de Unicow), aep. Pragen.	1413 Febr. 12	Jo. XXIII Arm. XII, 121 p.72

**Cabilonen.**

<sup>7)</sup> Clericus, legum doctor, referend. et famil. S. P.

<sup>8)</sup> Dioec. Artebat., diae., lie. in leg.

**Caesaraugusten.**

<sup>1)</sup> Ejus reformatio in ecclesiam regularem O. S. A. confirmata est 1255 Febr. 10 ab Alex. IV (a. 1 t. 24 ep. 129). Usque ad 14. Junii 1318 erat suffr. Terraconen.

<sup>2)</sup> In disc. cum Hugone sequente el., conf., consecr.

<sup>3)</sup> In disc. cum praed. Fort. temp. Mart. IV jam el., prov., cons.

<sup>4)</sup> Abbas mon. de Monte Aragonum O. S. A. dioec. Oseen., qui 1317 Jun. 26, jam cons., obtinet lie. accedendi ad eccl. suam. 1318 Jul. 23 promov. in aepum Caesaraug. (*Mollat* nr. 4180 et 4235).

<sup>5)</sup> Camerarius mon. Crassen O. S. B. dioec. Carcass., S. P. famil. exper. notus.

<sup>6)</sup> Hac occasione ecclesiam ipsam Ben. XIII ad manus suas retinuit ejusque vicarios gen. 1411 Oct. 6 (Av. t. 59 f. 20) instituit mag. Julianum de Loba can. Tirasonen. et clericum cam. apost. atque Eximium Duhe caus. cam. apost. auditorem.

<sup>7)</sup> Ratificatis tamen omnibus, quae ab eodem Franc. (nunc in patr. Hierosol. et admin. eccl. Barchin. promotus) tamquam aepo. Caesaraug. rite sunt gesta, et assignata ei ann. pens. 3000 fl. super reddit. mensae epalis. Seguntin. (Lat. t. 202 f. 73 et 80).

**Caesareen.**

<sup>1)</sup> Cfr. not. I ad Nicosien.

<sup>2)</sup> Die 7 Apr. 1236 Greg. IX aepum. Caesareen. ab excomm. sententia, quam aepus. Ravennaten. tamquam legatus apost. sedis in eum tulerat, absolvi jubet (Reg. Greg. IX ed. *Auray* nr. 3082).

<sup>3)</sup> A. 1246 Julii 22 Inn. IV (a. 4 ep. 31—33 ed. *Berger* 6026—6028) ...electo Caes. concessit proventus, quos ante promotionem in eccl. Antiochen obtinebat. — <sup>4)</sup> Dioec. Olomuen.

<sup>5)</sup> Hic Thomas a. 1424 et **Joannes** ep. Caesareen. a. 1430—1440 suffraganeos epi. Constantien. agebant. Qui quidem unacum Ulrico supradicto alterius ac nostrae Caesareen. ecclesiae habendi sunt episcopi; nam praeter hanc aliae eccl. Cassareen. existebant, scil. Caes. Ponti metrop. in Cappadocia et duae suffr., una Larissen. in Thessalia et altera Nicomedien. in Bithynia.

**Caesenaten.** al. **Cesenaten.** (Cesena) in Italia media, immed. subj. (180 fl.)

. . . . .	<b>Oddo</b> (1207, † p. 1223), <b>Manzinus</b>	1232, 1250	} Gams 682
. . . . .	<b>Michael</b> O. Min. (1255), <b>Franciscus</b> O. Praed.	1263	
. . . . .	<b>Eberhardus</b> de Saxonia O. Praed.	1266	
ob. Eberh. (c. 1274)	<b>Aimericus</b>	1274	} Gams 682
ob. Aimerici	<b>Leonardus</b> , can. ips. eccl., el., prov.	1291 Junii 17	
ob. Leon. (1312 Maii 16)	<b>Joannes</b> Caminata	1313 Mart. 2	} Gams 682
ob. Joa. (1322 Aug. 21)	<b>Gerardus</b> (d'Anglars), can. Urgellen.	1323 Mart. 15	
tr. Ger. ad Cervien.	<b>Thomas</b> (de Muro), prior eccl. b. Mariae de Salis <sup>1)</sup>	1324 Julii 16	} Jo. XXII a. 7 (t. 74) ep. 802
<sup>1)</sup> A. 1215 **Gervasius** aep. Heracl. in patr. Constant. confirmatur, in quem jam 1211 in disc. electus erat; 1223 Sept. 9 Hon. III (a. 8 t. 12 ep. 27 et 28) confirmat resignationem **N.** aepi. Heracl. in manibus **J**(oannis) tit. s. Prax. presb. card. et apost. sedis legati factam (cfr. *Hist. Jahrb. d. G. G.* II, 18 n. 7 et Parentin. ad a. 1388); 1253 Febr. 26 occurrit quidam aepus Heracleen (cfr. Innoc. IV. ed. *Berger* nr. 6362).

**Herbipolen.**

<sup>1)</sup> Ipsi, qui sine licentia apost. huc transire ausus est. Inn. III (ed. *Poth.* 611) m. Febr. a. 1199 interdixit, ne ad eccl. Herbipolen. accederet neve ad Hildesemen. rediret; tandem m. Maio a. 1201 ei indulisit, ut admin. eccl. Herb. suseiperet (cfr. *Poth.* 1372/3 et \* 1507/9).

<sup>2)</sup> Erat el. in disc. eum Henrico epo Spiren. (*Poth.* nr. 16226); 1255 Sept. 22 adest in curia Rom. (Reg. Alex. IV nr. 977).

<sup>3)</sup> In disc. eum Bertoldo de Henneberg can. Herb. (a. 1266), qui

quidem ab aepe. Maguntin. est conf. et consecr., a S. P. vero non admittitur ne tum quidem, quum Boppo esset mortuus; a Clem. V tamen 1306 Aug. 8 obtinet facultatem officium episcopale exercendi et ad dignitatem episc. vel archiepisc. ascendendi (cfr. Cle. V a. 2 ep. 245 ed. *Mon. Ben.* 1430); obiit 1312 (non 1282).

<sup>4)</sup> Cfr. Gre. X a. 3 (t. 37) ep. 58, 59.

<sup>5)</sup> El. (a. 19 Sept. 1270), prov.

<sup>6)</sup> (Paulo post 6 Febr. 1314) in disc. eum Friderico de Stabelberg, adiac. ejusd. eccl. interim jam defuncto; 1317 Oct. 14 ei indulg., ut „a quocunque“ (*Mollat* nr. 5743).

<sup>7)</sup> El. (1322 Nov. 16), prov.

<sup>8)</sup> (In disc. eum **Hermann**o de Lichtenberg, cancell. Ludovici Bav.) A. 1334 Apr. 12 Jo. XXII (Reg. Vat. t. 147 f. 248 ep. 1099 ef. f. 223 ep. 1123) mandat aepe. Colonien. et epo. Argentinens., ut Ottonem el. introducant in possessionem bonorum eccl. Herb. fugato Hermanno intruso; sed nonnisi post mortem Hermanni (1335 Mart. 21) Otto possessionem epatus Herb. assequi potuit.

<sup>9)</sup> Can. Constantien., clericus, capell. S. P. Rejecto **Alberto** de Hohenlohe, praepos. eccl. Herbip., cl. (1345 Sept. 3) et conf.

<sup>10)</sup> Praepos. ipsius eccl., jam ante provis. Alberti (de Hohenberg) el. et conf.

<sup>11)</sup> In disc. eum Eberhardo de Wertheim (1400 Nov. 19).

<sup>12)</sup> Paulo ante 1401 Mart. 26; nam hoc die ei conceditur, ut post ipsam consecrat. canonicatus eccl. Herbip. et Bamberg. et eccl. s. Mariae Bamb. retineat, et altera die post, ut munus consecr. a quocunque antistite recipere possit (Lat. t. 87 f. 1, t. 88 f. 266).

<sup>13)</sup> Can. ips. eccl., subdiae. († 1440).

**Hereforden.** al. **Ereforden.** (**Hereford**) in Anglia, suffr. Cantuarien. (1800 fl.)

ob. Guil. (1198 Dec. 24)	<b>Aegidius</b> de Bruce (Braose), cons.	1200 Sept. 24	} Gams 190 et Reg. sacr. Anglic. ed. Stubbs
ob. Aeg. (1215 Nov. 13)	<b>Hugo</b> de Mapenore <sup>1)</sup> , cons.	1216 Dec. 18	
ob. Hug. (c. 1219 Apr. 13)	<b>Hugo</b> Folliott, cons. 1219 Oct. 27, alias	1219 Nov. 3	
ob. Hug. (1234 Jul. 26)	<b>Radulphus</b> de Maidstone	1234 Nov. 12	
res. Rad. (1239 Dec. 17)	<b>Petrus</b> de Aquablanca (Egeblanke), cons.	1240 Dec. 23	
ob. Petri (1268 Nov. 27)	<b>Joannes</b> Breton, cons.	1269 Junii 2	
ob. Joa. (1275 Maii 12)	<b>Thomas</b> de Cantilupe, cons.	1275 Sept. 8	
ob. Thom. (1282 Aug. 25)	<b>Richardus</b> Swinfield, cons.	1283 Mart. 7	
ob. Rich. (1317 Mart. 15)	<b>Adam</b> (Orleton), can. ips. eccl. <sup>2)</sup>	1317 Maii 15	
tr. Ad. ad Vigorn.	<b>Thomas</b> de Charletone (Cherlton), can. Eboracen. <sup>4)</sup>	1327 Sept. 25	
ob. Thom. (1344 Jan. 11)	<b>Joannes</b> Trylleb (Trillek), cons. 1344 Aug. 29	1344 Mart. 15	
ob. Joa. (1360 Nov. 30)	<b>Ludovicus</b> (Lewis Cherlton) <sup>5)</sup> , el. <sup>6)</sup> , prov.	1361 Sept. 10	
ob. Lud. (1369 Jun. 24)	<b>Guilelmus</b> Countenay, can. Eboracen., leg. doct. <sup>7)</sup>	1369 Aug. 17	
tr. Guil. ad London.	<b>Joannes</b> (Gilberti O. Praed.), ep. Bangoren.	1375 Sept. 12	
tr. Joa. ad Meneven.	<b>Joannes</b> Treffnant (Trevenant) <sup>8)</sup> , obl. se person.	1389 Maii 20	
ob. Joa. (1404 m. Apr.)	<b>Robertus</b> Mascall O. Carm. <sup>9)</sup> , obl. se person.	1404 Julii q1	
ob. Rob. (1416 Dec. 22)	<b>Edmundus</b> Lacy, cons.	1417 Apr. 18	
tr. Edm. ad Exonien.	<b>Thomas</b> Polton, notarius apost. <sup>10)</sup>	1420 Julii 15	
tr. Thom. ad Cicestren.	<b>Thomas</b> (Spofford), el. Roffen. (cons. 1422 Maii 24)	1421 Nov. 17	
			Jo. XXII a. 1 (t. 65) ep. 2919 <sup>3)</sup>
			Jo. XXII a. 12 (t. 85) ep. 81
			Cle. VI a. 2 (t. 157) ep. 202
			Inn. VI Av. t. 27 f. 198
			Urb. V Av. t. 20 f. 173
			Gre. XI Av. t. 25 f. 460
			Urb. VI Obl. 48 f. 82
			Bon. IX Obl. 57 f. 70
			Gams q90
			Mart. V a. 3 Lat. l. pr. f. 117
			Mart. V a. 4 Lat. 221 f. 85

**Hettovien. v. Lethovien. — Hieracen. v. Giracen.**

**Hierapetren.** al. **Jerapetren.** s. **Gerapetren.** (**Hierapetra**) in ins. Creten., suffr. Creten. (50 fl.)<sup>1)</sup>

.....	<b>Antonius</b> (O. Min.), sedet	1317 m. Sept.	} Gams 403
tr. Ant. ad Sorren.	<b>Thomas</b>	c. 1323	
tr. Thomae ad Agien.	<b>Gerardus</b> O. Min.	1325 Febr. 13	} Jo. XXII a. 9 (t. 79) ep. 1457
.....	<b>Paulus</b>	c. 1360	
tr. Pauli ad Corinth.	<b>Dominicus</b> Joannis O. Carm.	1363 Mart. 15	} Urb. V Av. t. 6 f. 181
tr. Dom. ad Muran.	<b>Julianus</b> Angeli O. Praed.	1364 Sept. 13	
tr. Jul. ad Chironen.	<b>Franciscus</b> de Ancona O. Min. <sup>2)</sup>	1377 Apr. 6	} Urb. V Av. t. 8 f. 182
.....	<b>Franciscus</b>	c. 1380	
ob. Francisci	<b>Joannes</b> Quirini de Venetiis O. Min. <sup>3)</sup>	1390 Oct. 24	} Bon. IX a. 1 Lat. l. 2 f. 264

**Hereforden.**

<sup>1)</sup> A. 1216 m. Aug. Hon. III (a. 1 ep. 19 ed. *Press.* 28) Gualae tit. s. Mart. presb. card. et apost. sedis legato mandavit, ut inquireret circa electum Heref., cui J. rex Angliae assensum regium praestare recusat. „cum capitulum Heref., a quo haec electio peracta fuit, favendo E. (Aegidio) quondam epo. Heref. excommunicato in eundem laqueum inciderit“.

<sup>2)</sup> Caus. pal. apost. auditor. capell. S. P., ipsi fam. exper. notus, jam cons. a. s. a. (a Nicolao epo. Ostien.).

<sup>3)</sup> Cfr. litteras Jo. XXII 1320 Jun. 14 datas (*Mollat* nr. 10875).

<sup>4)</sup> Prof. jur. civ., cons. 1327 Oct. 18.

<sup>5)</sup> Can. ips. eccl., lic. in theol.

<sup>6)</sup> In disc. cum Joanne Barnet adiae. London.; consecr. Avinione 1361 Oct. 3.

<sup>7)</sup> Cons. 1370 Mart. 17.

<sup>8)</sup> Prov. 1389 Maii 6, cons. 1389 Jun. 20 Romae a Cosmato aepo. Bonon. (postm. Innoc. pp. VII).

<sup>9)</sup> Mag. theol., prov. 1404 Julii 2, cons. 1404 Jul. 6, cfr. Lat. t. 112 f. 281.

<sup>10)</sup> Cons. Florentiae 1420 Jul. 21.

**Hierapetren.**

<sup>1)</sup> Die 5 Jul. 1239 Greg. IX epum. Hierapetren. duci Veneratorum et militibus Creten. ecclesiam in hon. s. Marci in civ. Candida constructuris primum lapidem concedere jubet (*Potthast* nr. 10773).

<sup>2)</sup> Obl. se 1377 Oct. 23 pro se et praedec. Juliano, Dominico, Paulo, Geraldo (Obl. 43 f. 48).

<sup>3)</sup> Obl. se 1391 Febr. 15 pro se et praedec. Francisco, altero Francisco, Juliano, Dominico, Paulo, Gerardo (Obl. 48 f. 115).



**Hierapolitan. al. Jerapolitan. s. Gerapolitan. (Hierapolis) in Asia min., titul.**

jam dudum	<b>Antonius</b> de Alexandria O. Min. <sup>1)</sup>	1346 Julii 31	Cle. VI a. 5 (t. 173) ep. 31
tr. Ant. ad Duracen.	<b>Stephanus</b> de Larolo O. Min.	1349 Julii 8	Cle. VI a. 8 (t. 192) ep. 103
. . . . .	<b>Joannes</b> <sup>2)</sup> , <b>Andreas</b>	. . . . .	. . . . .
ob. Andreae	<b>Siffridus</b> (Seifridus) de Esfelt <sup>3)</sup>	1397 Maii 2	Bon. IX a. 8 Lat. I. pr. f. 147
. . . . .	<b>Theodericus</b> , monachus m. de Endorf O. S. B. <sup>4)</sup>	1409 Dec. 18	Alex. V Arm. XII, 121 p. 21

**Hierosolymitan. al. Jerosolymitan. (Jerusalem) in Palaestina, patriarch.<sup>1)</sup> (2000 fl.)**

. . . . .	<b>Albertus</b> de Castro al. Avogrado, ep. Verzellen. <sup>2)</sup>	1205	} Inn. III (Potth. 4954)
ob. Alberti <sup>3)</sup>	<b>Radulfus</b>	c. 1214	
. . . . .	<b>Lotharius</b> Rosari, aep. Pisan. <sup>4)</sup>	1216	Gams 761
. . . . .	( <b>Geraldus</b> ), ep. Valentin. (Valence) <sup>5)</sup>	1225 Maii 10	Hon. III a. 9 (t. 13) ep. 311
ob. Ger. (1239 Sept. 7)	( <b>Jacobus</b> de Vitriaco, ep. Tusulan.)	ex. a. 1239	. . . . .
ren. b. m. Jac. ep. Tusc.	( <b>Robertus</b> ), ep. Nanneten. <sup>6)</sup>	1240 Maii 14	Gre. IX a. 14 (t. 20) ep. 54
. . . . .	<b>Jacobus</b> (Pantaleon), ep. Virdunen. <sup>7)</sup>	1255 Apr. 9	Alex. IV a. 1 (t. 24) ep. 270
exalt. Jac. in S. P.	<b>Guilelmus</b> , ep. Agennen. <sup>8)</sup>	1262 Dec. 9	Urb. IV a. 2 (t. 36) ep. 30, 98
nom. Urb. IV	. . . . .	1263 Maii 11	. . . . .
. . . . .	<b>Thomas(ius)</b> <sup>9)</sup> , aep. Cusentin., postul., prov. <sup>10)</sup>	1272 Mart. 19	Gre. X a. 1 (t. 37) epp. 8, 9
ob. Thomae	<b>Jo(annès)</b> O. Praed., mag. gen. <sup>11)</sup>	1278 Maii 15	Nic. III a. 1 (t. 39) ep. 51
ren. Joannis <sup>12)</sup>	<b>Elias</b> , ep. Petragoricens. <sup>13)</sup>	1279 Maii 10	Nic. III a. 2 (t. 39) ep. 158/9
ob. Eliae	<b>Nicolaus</b> (de Hanapes), poenit. apost. <sup>14)</sup>	1288 Apr. 30	Nic. IV a. 1 ep. 50 (93)
(ob. Nic. 1291 Maii 19 <sup>15)</sup> )	<b>Landulfus</b> (Radulfus?), poenit. apost. <sup>16)</sup>	1295 Apr. 22	Bon. VIII a. 1 ep. 113

**Hierapolitan.**

<sup>1)</sup> Qui 22 Mart. 1349 in eocl. Gerunden. Berengario epo. Gerunden. et 29 Mart. 1349 in eocl. cathedr. Barchinonen. Petro epo. Oscen. munus consecr. impendit (Arch. Vat. Miscell. a. 1348/49).

<sup>2)</sup> Joannes ep. Hierapolitan. fuit suffr. epi. Frisingen. e. a. 1360?

<sup>3)</sup> Monachus mon. de Aura O. S. B. dioec. Herbip. Ei Inn. VII die 8 Junii 1405 indulsit, ut in civ. et dioec. Ratisbon. pro Joanne epo. Ratisb. pontificalia officia exercere valeret (Lat. t. 123 f. 197, efr. t. 47 f. 63).

<sup>4)</sup> Dioec. Ratisbon. Ei (ut suffraganeo suo) epus. Ratisbonen. pensionem sufficientem assignare debuit, uti apparet ex ipsis litt. provis.

**Hierosolymitan.**

<sup>1)</sup> Apud Gams p. 452 post captam a. 1187 civ. Hieros. non reeententur amplius patriarchae, ac si essent meri titulares; quales eerto patriarchae saec. XIII minime habendi sunt, etsi in ipsa civ. Hieros. non residebant.

<sup>2)</sup> A. 1205 Febr. 17, ut patriarchatum Hieros. acceptet, monetur ab Inn. III (ed. Potth. 2418). Cfr. supra pag. 45 not. 1 ad tit. s. Praxedis.

<sup>3)</sup> Secundum Potth. a. 1213 Sept. 14, secundum Gams (p. 825) a. 1214 Apr. 8. Dum ecclesiae Hieros. praest. Ordinem B. M. V. de Monte Carmelo instituisse dicitur; postm. inter beatos relatus.

<sup>4)</sup> Ei (vel successori ignoto) 1223 Maii 11 ab Hon. III (a. 7 t. 12 ep. 152) plenae legationis officium in patriarchatu suo committitur.

<sup>5)</sup> Cfr. Hon. III a. 9 epp. 312, 313, 353. Ei idem leg. munus committitur 1227 Apr. 24 et 28 atque 1237 Febr. 6 a Gre. IX (a. 1 epp. 55 et 56, a. 10 t. 18 ep. 380).

<sup>6)</sup> Ei idem munus in prov. Hierosol. et in exercitu christ. committitur 1240 Junii 19 a Greg. IX (a. 14 t. 20 ep. 94 cf. 98) et 1243 Julii 15 ab Inn. IV (a. 1 epp. 12, 13).

<sup>7)</sup> Antequam advenit (1255 Nov. 13 erat in Curia Rom., efr. Reg. Alex. IV nr. 947). administrabant eocl. Hieros. aepus. Tyren. et epus. Lidden. ex mandato Alex. IV (a. 1 t. 24 ep. 259). Ei simili modo committitur plenae leg. officium in prov. Hieros. 1255 Oct. 9 et Dec. 7 ab eodem Alex. IV (a. 1 t. 24 f. 803, a. 2 ib. ep. 3, 5, 10, 14, 40, 57, 58, 80, 110, 133, 222).

<sup>8)</sup> Usque ad adventum ejus eocl. Hierosol. et Acconen. unitae administrabantur per Petrum ep. Hebronem. et Adam adiae. Acconen. ex mandato Urb. IV (a. 2 t. 26 epp. 51—54) 1263 Jan. 13. Eidem Guilelmo plenae leg. officium in Cypri et Armeniae regnis, principatu Antiochiae, partibus Syriae et insulis seu provinciis adjacentibus committitur 1263 Maii 23 ab eodem Urb. IV (a. 2 t. 26 epp. 104—113).

<sup>9)</sup> De Lentino O. Praed. Cui 1272 Apr. 17 committitur idem plenae legationis officium (Gre. X a. 1 t. 37 epp. 10, 12—17, 25—27, 29—31).

<sup>10)</sup> Non admissa postul. de O. patr. Antiochen. facta.

<sup>11)</sup> Rejecto **Ayglerio** aep. Neapol. postulato.

<sup>12)</sup> Quae renuntiatio 1278 Oct. 1 non admissa, recipitur 1279 Febr. 4 a Nic. III (a. 1 t. 39 ep. 90 de curia et a. 2 ib. ep. 24).

<sup>13)</sup> De rebus ab eo apud mon. Grandimonten. dioec. Lemo-vicen. relictis Nic. IV (a. 1 ep. 54 de curia ed. Langlois 623) 1288 Oct. 2 requirere jussit priorem fr. Praed. et guard. fr. Min. Petragoricens.

<sup>14)</sup> Ei 1288 Jul. 3 licentia testandi conceditur et plenae legat. officium in partibus Syriae, Jerusalem, Cypri et Armeniae 1288 Aug. 27 committitur a Nic. IV (a. 1 ep. 109 et 116 ed. Langlois 208 et 219).

<sup>15)</sup> In civ. Accon. — *Alii qui sequuntur patr. Hierosol. sunt titulares tantum.*

<sup>16)</sup> A Coel. V prov. et a. s. a. cons., a Bon. VIII conf. Cfr. Brun-dusin. ad a. 1304.

ob. Radulfi	<b>Antonius</b> , ep. Dunelmen., cui eccl. Dun. remanet	1306 Febr. 6	Cle. V a. 1 f. 53 (ep. 305)
ob. Antonii	<b>Petrus</b> (O. Min.), ep. Ruthenen <sup>17)</sup>	1314 Febr. 26	Cle. V a. 9 ep. 191 (10282)
ob. Petri	<b>Petrus</b> , can. Nicosien., nobilis	1322 Junii 19	Jo. XXII a. 6 (t. 73) ep. 991
ob. Petri	<b>Raimundus</b> (Beguin) O. Praed., mag. theol. <sup>18)</sup>	1324 Mart. 19	Jo. XXII a. 8 (t. 77) ep. 1169
ob. R. (in part. Cypri)	<b>Petrus de Palude</b> O. Praed., mag. theol. <sup>19)</sup>	1329 Mart. 27	Jo. XXII a. 13 (t. 90) ep. 1827
ob. Petri	<b>Elias</b> (de Nabinalis O. Min.), aep. Nicosien. <sup>20)</sup>	1342 Julii 12	Cle. VI a. 1 (t. 147) ep. 21
prom. Eliae ad Card.	<b>Petrus</b> (de Casa O. Carm.), ep. Vasionen.	1342 Oct. 7	Cle. VI a. 1 (t. 152) ep. 68
ob. Petri	<b>Guilelmus</b> (Amici), ep. Carnoten. (cf. Forojulien.)	1349 Mart. 2	Cle. VI a. 7 (t. 188) ep. 155
ob. Guilelmi	<b>Philippus</b> (de Cabassole), ep. Cavallicen. <sup>21)</sup>	1361 Aug. 18	Inn. VI Av. t. 27 f. 201
prom. Phil. ad Card.	<b>Guilelmus Militis</b> O. Praed., mag. theol.	1369 Junii 22	Urb. V Av. t. 21 f. 170
ob. Guilelmi	<b>Guilelmus</b> (de la Garde), aep. Arelaten.	1371 Dec. 12	Gre. XI Av. t. 1 f. 191
ob. Guilelmi	<b>Philippus</b> (d'Alencon), aep. Rothomag. <sup>22)</sup>	1375 Aug. 27	Gre. XI Av. t. 25 f. 461
amot. Phil. (v. infra)	<b>Lupus</b> (Fernandi de Luna), aep. Caesaraug.	e. 1380	} Cle. VII Av. t. 24 f. 47
ob. Lupi	<b>Bertrandus</b> (de Chanae), aep. Bituricen. <sup>23)</sup>	1382 Maii 30	
prom. Bertr. ad Card.	<b>Aymo</b> (Sechal), praepos. hosp. ss. Nie. et Bern. <sup>24)</sup>	1385 Aug. 16	Cle. VII Av. t. 35 f. 155, 157
ob. Aymonis	<b>Franciscus Eximini</b> O. Min., mag. theol. <sup>25)</sup>	1408 Nov. 13	Ben. XIII Av. t. 55 f. 121
prom. Phil. ad Card.	<b>Stephanus</b> (O. Er. s. Aug., aep. Colocen.)	e. 1379	} prov. ab Urb. VI
. . . . .	<b>Fernandus</b> (cfr. Spoletan. ad a. 1384) <sup>26)</sup>	c. 1384	
ob. Fernandi	<b>Hugo</b> (Roberti), ep. Paduan. <sup>27)</sup>	1396 Apr. 12	Bon. IX a. 7 Lat. l. 62 f. 63
. . . . .	<b>Franciscus</b> (Clementis Capera) <sup>28)</sup>	1419 Junii 7	Mart. V a. 2 Lat. l. 32 f. 273

**Hildesemen. al. Ildesemen. (Hildesheim)** in Germania, suffr. Maguntin. (1000 fl.)

tr. Conr. ad Herbip. <sup>1)</sup>	<b>Hartbertus</b> de Dalem <sup>2)</sup>	1199	} Gams 281
ob. Hartb. (1216Mar.21)	<b>Sigfridus</b> , el.	1216	
res. Sigfridi <sup>3)</sup>	<b>Conradus</b> , poenit. apost., el., conf., prov.	1221 Sept. 3	Hon. III a. 6 (t.11) ep. 13—16
res. Conradi <sup>4)</sup>	<b>Henricus</b> <sup>5)</sup>	1246 m. Febr.	Gams 281

**Hierosolymitan.**

<sup>17)</sup> Cui remanet onus et honor eccl. Ruth. Jam a. 1309 Jun. 20 a Clem. V legatus apost. sedis in Orientem missus erat (Cle. V ed. *Mon. Ben.* 3822. 3852. 3975. 4384. 4392. 4451. 4496/8. 4500/16. 5769. 6658 etc.).

<sup>18)</sup> Simul admin. eccl. Nimocien. Ei 1326 Mart. 20 a Jo. XXII (a. 10 t. 80 ep. 4 de curia) indultum est, quod ubicunque extra curiam Rom. in subditos suos posset exercere jurisdictionem; 1326 Aug. 27 ei ad vitam in commendam data est eccl. s. Sepulehri Aquapendente existens. Cfr. Jo. XXII a. 10 t. 81 ep. 2406.

<sup>19)</sup> Cf. Nimocien. ad a. 1335 et Conseranen. ad a. 1336. A. 1338 Nov. 4 mandat Ben. XII (a. 4 t. 126 epp. 58 et 59 de curia) epis. Paduan. et Florentin., ut Petrum, se nominantem aepum. Hierosol. et Nazareten. atque in partibus Paduan. commorantem, et Ezechielem, se dicentem vicarium praedicti Petri et in partibus Florentin. moram trahentem, capi faciant. Hic Petrus idem ac ille aep. Nazaren. esse videtur, de quo ibi n. 5.

<sup>20)</sup> Cujus eccl. ei remanet admin. (cf. Catanien.).

<sup>21)</sup> Cfr. Massilien. ad a. 1366.

<sup>22)</sup> Cfr. Auxitan.

<sup>23)</sup> Cfr. Anicien.

<sup>24)</sup> Montis Jovis O. Can. s. A. dioec. Sedunen., lic. in deer. (cfr. Vat. t. 298 f. 120 et s. Pontii Thom., Lausanen., Bellicen., Tarentasien. „card. Auxitan.“; cfr. Elnen.

<sup>25)</sup> Tertia die post consecr. a Joanne Flandrini epo. Sabinen. „card. Auxitan.“; cfr. Elnen.

<sup>26)</sup> Et Portugalen. ad a. 1389; Urb. VI die 5 Apr. 1383 ei, jam admin. Spoletan., jurisdiet. in ducatu Spoletan. committit (Reg. Vat. t. 310 f. 332 s.).

<sup>27)</sup> Obl. se 1396 Maii 31 pro se et praedec. Fernando et Stephano (Obl. 48 A t. 73). A. 1396 Apr. 12 obtinet in commendam mon. s. Barth. prope Ferrariam O. S. B. vac. per prom. Petriboni abb. ad eccl. Comaclen. (Bon. IX a. 7 Lat. l. 62 f. 94). Die 8 Oct. 1409 in dioec. Regin. (Aemiliae) commoratur (Later. t. 136 f. 120 cfr. t. 47 f. 39). Cfr. Graden. ad a. 1409.

<sup>28)</sup> Olim ep. Barchinonen., postea aep. Caesaraug., cui nunc committ. admin. eccl. Barchin. († 1430).

**Hildesemen.**

<sup>1)</sup> Qui se fecit transferri sine speciali licentia apost. sedis, quare Inn. III (ed. *Poth.* 352) contra eum procedi jussit 1198 Aug. 21; cfr. Herbipolen. Idem Inn. III (ed. *Poth.* 691, 692 cf. 853, 864, 865, 875, 942) 1199 Maii 6 alium in epum. Hild. eligi et 1200 Febr. 2 procedi jussit contra eos, qui Hartbertum el. recipere nolebant (ed. *Poth.* 944 cfr. 1002, 1135).

<sup>2)</sup> A. 1213 Junii 8 idem Inn. III (ed. *Poth.* 4748) contra praedictum Hartbertum inquiri eumque, si constiterit de veritate eorum, de quibus accusatus fuit, amoveri et alterum eligi jussit.

<sup>3)</sup> Cujus, nimia senectute gravati, resignationem recipi jussit 1221 Jan. 26 Hon. III (a. 5 ep. 362 ed. *Press.* 3022).

<sup>4)</sup> Ab Inn. IV (a. 4 ep. 22 de curia ed. *Berger* 2938) 1246 Julii 5 ejus resignationem recipere jussus est (Philippus) electus Ferrarien. et sedis apost. legatus, cum cujus consilio capitulum eligere debebat successorem.

<sup>5)</sup> Idem esse videtur ac „H. praepositus de Heiligenstadt et can. Hildesemen. in disc. cum H. de Gl(e)ichen can. Hildesemen. in epum. Hild. el.“, quem molestari ne patiatur, aepus. Maguntin. monetur ab Inn. IV (a. 4 ep. 590 ed. *Berger* 2587) 1247 Apr. 29.

ob. Hen. (1257 Maii 25)	<b>Joannes</b> de Brakel, el.	1257 m. Sept.	} Gams 281
ob. Joa. (1260 Sept. 15)	<b>Otto</b> de Braunschweig (14 a. agens) <sup>6)</sup> , el.	1260 Oct. 9	
ob. Ott. (1279 Julii 4)	<b>Sigfridus</b> de Querfurt	1279 Julii 18	
ob. Sigfr. (1310 Apr. 27)	<b>Henricus</b> de Woldenberg, el. ante	1310 Sept. 6	
ob. Hen. (p. 1318 Sep. 21)	<b>Otto</b> de Woldenberch, praepos. ips. eccl. <sup>7)</sup>	1319 Maii 23	
res. Ottonis	<b>Henricus</b> al. Ericus, praepos. eccl. Hamburgens. <sup>8)</sup>	1331 Julii 31	Jo. XXII a. 3 (t. 69) ep. 819
ob. Erixi el. <sup>9)</sup>	<b>Henricus</b> (de Braunschweig), can. ips. eccl. <sup>10)</sup>	1354 Maii 26	Jo. XXII a. 15 (t. 97) ep. 46
ob. Hen. (1363 Febr. 6)	<b>Joannes</b> (Schadland O. Praed.), ep. Culmen.	1363 Mart. 22	Imm. VI Av. t. 7 f. 47
tr. Joa. ad Wormalien.	<b>Gerhardus</b> (de Berge), ep. Verden.	1365 Aug. 20	Urb. V Av. t. 6 f. 33
ob. Ger. (1398 Nov. 15)	<b>Joannes</b> (de Hoya), el. Paderborn. <sup>11)</sup> , obl. se	1399 Febr. 28	Urb. V Av. t. 11 f. 44
res. Jo. († 1424 Maii 12)	<b>Magnus</b> (de Sachsen-Lauenburg), ep. Caminen.	1424 Maii 10	Bon. IX Obl. 48 A f. 110
			Mart. V a. 7 Lat. I. pr. f. 50

**Hipponen. al. Yponen. (Hippo) in Africa, titul.**

. . . . .	<b>Joannes</b> (de Kaiserstuhl, suffr. Bamberg., Magunt.)	c. 1375—1385	. . . . .
. . . . .	<b>Henricus</b> de Lippia O. Er. s. A.	1389—c. 1410	. . . . .
. . . . .	<b>Nicolaus</b> , sedet	1394 Dec. 3	Vat. t. 314 f. 316
. . . . .	<b>Jacobus</b>	. . . . .	. . . . .
ob. Jacobi	<b>Matthaeus</b> Silvestri O. Er. s. A., mag. theol.	1411 Sept. 19	Jo. XXIII a. 2 Lat. I. pr. f. 162
ob. . . . .	<b>Griffinus</b> , ep. Rossen. in Scotia	1423 Febr. 1	Mart. V Arm. XII, 121 p. 157

**Hippus(s)en. al. Ippusen. (Hippus) in Palaestina, titul.**

. . . . .	<b>Albertus</b> de Beichlingen O. Min. <sup>1)</sup>	1338, 1370	. . . . .
. . . . .	<b>Hubertus</b> O. Praed., suffr. Trajecten. († 1408)	c. 1380, 1401	Lat. t. 94 circa fin.

**Hispalen. al. Ispalen. (Sevilla) in Hispania, metrop. (2600 al. 5000 fl.)**

post civ. a Sar. recup.	<b>Philippus</b> , filius Ferdin. regis, <i>procurator</i> <sup>1)</sup>	1249	} Gams 72
res. Philippi	<b>Raimundus</b> (O. Praed.), ep. Segovien. <sup>2)</sup>	1259	
ob. Raimundi	<b>Garsias</b> (Gutierrez), adiac. in eccl. Burgen. <sup>3)</sup>	1289 Febr. 12	Nic. IV a. 1 ep. 323 (493)
ob. Garsiae (1294)	<b>Sanctius</b> (Gonzalez) <sup>4)</sup>	(1295)	Gams 72

**Hildesemen.**

<sup>6)</sup> Qui 1263 Jun. 15, tunc subdiac. et can. Hild., germanus ducis Brunswicen., fit procur. epatus. Hild. (Reg. Cam. nr. 389).

<sup>7)</sup> Pro quo aepus. Magdeburgen. aliique praelati necnon Hildesemen. aliarumque eccl. capitula ac quidam duces, principes, alii supplicaverant; 1320 Mart. 23 ei indulg., ut „a quoc.“ (*Mollat* nr. 11167).

<sup>8)</sup> Possessionem epatus. Hildesemen. adipisci non poterat, cum Henricus de Braunschweig, can. Hildesem., a capitulo in suum epum. el. et a metrop. Mag. conf. atque cons., eum occuparet, quare Ben. XII (a. 4 t. 125 ep. 297) illum contra hunc manuteneri iussit 1338 Maii 29; anno 1339 Jan. 30 S. P. Erico el. concessit, quod posset redeuntes ad suam obedientiam absolvere ab excomm. sententia, quam incurrerant eo quod ipsam praestare adhuc noluerant (cfr. ep. 84 et 124).

<sup>9)</sup> Ante m. Febr. a. 1340.

<sup>10)</sup> Jam post ob. Ottonis (1331 Aug. 28) el., conf., cons., nunc prov.

<sup>11)</sup> Die 21 Febr. 1387 collector apost. in prov. Magdeburgen. et Halberstaden. ac Paderbornen. dioec. constituitur (Reg. Vat. t. 311 f. 35).

<sup>12)</sup> Ei adhuc subdiacono 1399 Mart. 20 indulgetur, ut alios ordines et munus consecr. a quocumque maluerit antistite recipere valeat (Lat. t. 71 f. 123).

**Hippussen.**

<sup>1)</sup> Suffr. Bamberg. et Magunt., † 1371 Apr. 9, sepultus apud fratres Min. Erforden.

**Hispalen.**

<sup>1)</sup> Die 25 Maii 1249 Innoc. IV Ferdinando regi Castellae scribit, se quibusdam praelatis mandasse, ut filio ejus Joanni (!), abbati (saec. eccl.) Vallisoleti, licet defectum patiatur actatis et in sacris ord. non sit constitutus, procuracionem ecclesiae Hisp. committant (*Pothast* nr. 13380); 1254 Aug. 23 eidem Ph. indulget, ut, cum annuente sede apost. receptionem consecr. distulerit, interim mitra et baculo utatur (Reg. Inn. IV ed. *Berger* nr. 7956), et 1255 Jan. 28 Alex. IV (a. 1 t. 24 ep. 88), ut usque ad beneplacitum apost. sedis thesaurariam eccl. s. Mart. Turonen. aliaque beneficia eccl. sibi collata retinere possit.

<sup>2)</sup> Ei praedicatio Crucis contra Hispaniae et Africae Saracenos in regnis Hispaniae atque Jaunen. et Pisan. civ. et prov. 1265 Mart. 26 commissa est a Clem. IV (a. 1 t. 32 ep. 13 cf. 17).

<sup>3)</sup> Rejecto Fernando (Perez) decano Hispalen. a cap. el. — Garsias jam consecratus accepit palleum 1289 Mart. 20. Cf. Nic. IV a. 2 ep. 38 (695).

<sup>4)</sup> Qui Sanctius, cum esset can. Palentin. et abbas de Lavanza, erat a cap. in aepum. Hisp. el. et ab ipso S. P. Bon. VIII cons., sed paulo post, cum quoddam delictum ipsius ad S. P. notitiam venisset, a Bon. VIII aepatu. privatus et loco ejus **Gundisalvus**, abb. saec. eccl. Fussellen. in eccl. Palentin., in aep. Hispalen. confirmatus est 1295 Julii 13. Videtur Sanctius culpam diluisse; nam eodem anno 1295 Nov. 26 restituitur. Cfr. Bon. VIII a. 1 epp. 399, 552, 663.

ob. Almoranii	<b>Joannes</b> Almoranii ep. Calagur. <sup>5)</sup>	1300 Junii 9	Gams 72
ob. Fern. (1323 Apr. 26)	<b>Fernandus</b> (Gutierrez Tello) <sup>6)</sup> , el. <sup>7)</sup> , prov.	1303 Aug. 7	Bon. VIII a. 9 (t. 50) ep. 197
ob. Joannis	<b>Joannes</b> , can. ips. eccl., diac., el., prov.	1323 Dec. 23	Jo. XXII a. 8 (t. 76) ep. 425
ob. Nunii (a. s. a.)	<b>Nunius</b> , ep. Astoricen.	1349 Jan. 28	Cle. VI a. 7 (t. 188) ep. 161
ob. Alf. (1366 Dec. 27)	<b>Alfoasus</b> (de Vargas O. Er. s. A.), ep. Oxomen.	1361 Junii 18	Inn. VI Av. t. 27 f. 189
prom. Petri ad Card.	<b>Petrus</b> (Gomez Alvarez de Alborno), ep. Ulixbon.	1369 Junii 4	Urb. V Av. t. 20 f. 152
ob. Petri (1390 Julii 1) <sup>9)</sup>	<b>Fernandus</b> (Alvarez de Alborno), ep. Ulixbon. <sup>8)</sup>	1371 Junii 9	Gre. XI Av. t. 1 f. 145
ob. Gund. (1401 Apr. 21)	<b>Petrus</b> Gomez (suprad. S. R. E. card., <i>in admin.</i> )	1380	Gams 73
tr. A. ad Constantinop.	<b>Gundisalvus</b> (de Mena y Roelas Vargas), ep. Burgen.	1394 Jan. 28	Cle. VII a. 16 (t. 307) ep. 12
ob. Alf. (1417 Junii 9)	<b>Alfonsus</b> (de Exea), ep. Abulen. ipse <i>in admin.</i>	1403 Julii 30	Ben. XIII Av. t. 30 f. 84
	<b>Didacus</b> (de Anaya y Maldonado), ep. Conchen. <sup>11)</sup>	1408 Sept. 20	Ben. XIII Av. t. 54 f. 624 <sup>10)</sup>
		1418 Mart. 16	Mart. V Arm. XII, 121 p. 100

**Holen.** al. **Ol(ar)en.** (Holar, Holum) in Islandia, suffr Nidrosien.

ob. Brandi (1201)	<b>Gudmundus</b> Arason, cons.	1203 Febr. 22	} Gams 334, 335
ob. Gud. (1237 Mar. 16) <sup>1)</sup>	<b>Botolfus</b> , cons.	1238	
ob. Botolfi (1246)	<b>Henricus</b> Kari, cons.	1247	
ob. Henrici (1260)	<b>Brandus</b> Jonsson, cons.	1263 Mart. 4	
ob. B. (1264 Maii 26)	<b>Joerundus</b> Thorsteini, cons. c.	1267 m. Junii	
ob. Joer. (1313 Febr. 1)	<b>Audinus</b> Rufus, el.	1313 Nov. 28	
ob. Aud. (1321 Jan. 27)	<b>Laurentius</b> O. S. B., cons.	1323 Junii 24	
ob. Laur. (1331 Apr. 16)	<b>Egilus</b> Egulfson	1331	
ob. Eg. (1341 Aug. 12)	<b>Ormus</b> Aslaki	1343	
ob. Ormi (1356 Nov. 1)	<b>Jonas</b> (Joannes) Eriki Skalle, ep. Garden. <sup>2)</sup>	1358	
ob. Joa. (1391 Aug. 10)	<b>Petrus</b> Nicolai O. Praed., poenit. apost. <sup>3)</sup>	1391 Jan. 23	Bon. IX a. 1 Lat. l. 2 f. 271
ob. Petri	<b>Joannes</b> (Tribuoris Repelvolgh?) O. Praed.	1411 Dec. 23	Jo. XXIII Lat. t. 153 f. 268
ob. Joannis	<b>Truto</b> O. Min.	1425 Maii 25	Mart. V Arm. XII, 121 p. 188

**Horitan.** s. **Brundusin.****Hortan.** al. **Ortan.** (Orte) in Italia media, immed. subj. (40 al. 90 fl.)

ob. Pauli (c. 1200)	<b>Paulus</b> (c. 1200), <b>Joannes</b>	1206 Oct. 6	} Gams 686
ob. Guidi (1221) <sup>1)</sup>	<b>Guido</b> (1221) <sup>1)</sup> , <b>Trasimundus</b> , sedet	1239, 1243	
ob. Joannis	<b>Joannes</b>	1248	
ob. Petri <sup>3)</sup>	<b>Petrus</b> de Popleto O. Min. <sup>2)</sup> , postul., prov.	1255 Apr. 22	Alex. IV a. 1 (t. 24) ep. 292
	<b>Conradus</b> , apresb. Viterbien., el., prov. <sup>4)</sup>	1284 Dec. 19	Mart. IV a. 4 (t. 41) ep. 66

**Hispalen.**<sup>5)</sup> A. 1301 Sept. 23 obl. se . . . aepus. Hispalen. (Obl. l f. 14).<sup>6)</sup> Scolast. ips. eccl., nobilis, tunc in remotis agens.<sup>7)</sup> In disc. cum Petro, tunc mag. schol. eccl. Compost., nunc el. Burgen.<sup>8)</sup> Sedit adhuc a. 1380.<sup>9)</sup> Non consentiente Joanne aepo. Compostellan. in transl. ad eccl. Hispalen.<sup>10)</sup> Cf. t. 55 f. 76.<sup>11)</sup> Ei, qui jam 70 aetatis suae annum excessit, 1427 Maii 22 coadjutorem dari jussit Mart. V (a. 10 Lat. l. pr. f. 191).**Holen.**<sup>1)</sup> Cujus lumine oculorum privati resignationem recipi jussit Gre. IX (a. 11 t. 18 epp. 73, 74) 1237 Maii 11.<sup>2)</sup> Ecclesiae Hol. vac. per ob. Ormeri ut praeficeretur successor, aepo. Nidrosien. mandavit Inn. VI (Av. t. 17 f. 259) 1357 Nov. 12.<sup>3)</sup> Apud Gams 335 sequuntur: **Beiner** (c. 1402), **Jonas** Tovae (c. 1419. † 1423), **Jonas** Joiae (c. 1427), **Jonas** Guilelmi (1429—1435).**Hortan.**<sup>1)</sup> Cons. ab Hon. III a. 6 (t. 11 post ep. 480).<sup>2)</sup> Capell. O(ctaviani) s. Mariae in via lata diac. card., jam cons. a. s. a.<sup>3)</sup> Et renunt. **T.** priore eccl. s. Andreae Urbevetan. et **Henrico** can. Tndertin. in epum. Hortan. el. vel prov.<sup>4)</sup> Jam cons. a. s. a.

. . . . .	<b>Barthol(omae)us</b>	1296 Jan. 26	Potthast nr. 24272
ob. Barth. (1298)	<b>Laurentius</b> de Velletris O. Min.	1298 Oct. 3	Bon. VIII a. 4 ep. 393 (2786)
ob. Laurentii	<b>Nicolaus</b> Nerii (Zabareschi). can. ips. eccl. <sup>5)</sup>	1339 Mart. 1	Ben. XII a. 5 (t. 127) ep. 303
ob. Nicolai	<b>Joannes</b> , ep. Chissamen.	1363 Julii 25	Urb. V Av. t. 6 f. 89
. . . . .	<b>Petrus</b> (c. 1365), <b>Joannes</b> Capuccio O. Praed. <sup>6)</sup>	1366	Gams 686
ob. Joannis (1393)	<b>Paulus</b> de Albertis O. Min. (cfr. Obl. 48 f. 186)	1395 Nov. 12	Bon. IX a. 7 Lat. l. 62 f. 28
tr. Pauli ad Adjacen.	<b>Sancius</b> , ep. Auriem. <sup>7)</sup>	1420 Apr. 22	Mart. V a. 3 Lat. l. pr. f. 111

**Human(aten). (Umana)** in Italia media, immed. subj. (120 fl.)<sup>1)</sup>

. . . . .	<b>Sanguignus</b> (1199 Oct. 9). <sup>2)</sup> , <b>Jacobus</b>	1238	Gams 665
. . . . .	<b>G.</b> , ep. Cephalonien.	1252 Julii 1	Inn. IV a. 9 ep. 1--3 (5858)
. . . . .	<b>Arnulfus</b> O. Praed., el., prov.	1254 Maii 14	Inn. IV a. 11 (t. 23) ep. 635
ob. Arn. (1279 Aug. 20) <sup>3)</sup>	<b>Bernardus</b> , can. Balneoregien. <sup>4)</sup>	1280 Maii 7	Nic. III a. 3 (t. 39) ep. 24
tr. Bern. ad Castren. <sup>5)</sup>	<b>G(erardinus)</b> O. Min.	1290 Jan. 1	Nic. IV a. 2 ep. 746 (1968)
ob. Gerardini	<b>Petrus</b> O. Min. <sup>6)</sup>	1323 Junii 6	Jo. XXII a. 7 (t. 75) ep. 1018
ob. Petri (1338)	<b>Bonincontrus</b> (Tomei), can. Anconitan. <sup>7)</sup>	1338 Mart. 23	Ben. XII a. 4 (t. 125) ep. 48
ob. Bonincontri	<b>Simon</b> Marcellini, can. Ancon. (cf. Ancon. not. 2)	1342 Julii 19	Cle. VI a. 1 (t. 152) ep. 28
ob. Simonis	<b>Silvester</b> de Arimino O. Serv. B. M. V. <sup>8)</sup>	1363 Mart. 15	Urb. V Av. t. 6 f. 43
ob. Silvestri	<b>Petrus</b> O. Praed., el., prov.	1371 Febr. 12	Gre. XI Av. t. 1 f. 193
ob. Petri	<b>Vincentius</b> de Bechadelis O. Praed.	1386 Apr. 9	Cle. VII Av. t. 41 f. 93
ob. Vincentii el.	<b>Dominicus</b> O. Praed.	1391 Mart. 17	Cle. VII Av. t. 61 f. 227
ob. Petri praed.	<b>Antonius</b> (Trassati) O. . . . prov. ab Urb. VI <sup>9)</sup>	1385 Jan. 8	Gams 666
. . . . .	<b>Antonius</b> , obl. se <sup>10)</sup>	1393 Aug. 25	Bon. IX Obl. 48 f. 156

**Hydruntin. al. Ydruntin. s. Itruntin. (Otranto)** in Italia infer., metrop. (400 fl.)

. . . . .	<b>N.</b> , qui electione irritata excommunicetur <sup>1)</sup>	1198 Dec. 30	Inn. III ed. Potth. 508
. . . . .	<b>Tancredus</b> Annibaldi (1219), <b>Jucundus</b> Palatini	c. 1240	Gams 911
diu	<b>Matthaeus</b> de Palma, mag. <sup>2)</sup> , nobilis	1253 Maii 3	Inn. IV a. 10 (t. 22) ep. 690

**Hortan.**

<sup>5)</sup> Clericus, inter 25 et 30 a. agens, postul. prov.

<sup>6)</sup> Hic idem fuerit ac Joannes, qui antea ep. Chissamen. fuit; Petrus autem delendus esse videtur.

<sup>7)</sup> Transfertur 1431 ad Civitatem. in Hisp.; eum sequitur **Valentinus**, qui a. 1438 transf. ad Montisflaseon., sed paulo post revertitur ad eccl. Hortan. unitam cum Civ. Castellana. Cfr. *Gams* p. 686 et 706.

**Human(aten).**

<sup>1)</sup> Unitur ecclesiae Anconitan. 1422 Oct. 19. Cf. Arch. Vat. Arm. XII, 121 p. 154. — Die 28 Mart. 1265 S. P. S(imoni) s. Martini presb. card. et sedis apost. legato concessit facult. restituendi dignit. episc. eccl. Raeanaten. eamque cum Human. uniendo, ita ut unus epus. sit utriusque eccl. (Reg. Clem. IV nr. 222 s.). Cfr. not. I ad Raeanaten.

<sup>2)</sup> Die 5 Febr. 1232 Greg. IX super simonia epi. Human. inquiri jubet (Reg. Greg. IX ed. *Aurray* nr. 766).

<sup>3)</sup> Et resign. Marci de Ancona O. Min. a cap. cl.

<sup>4)</sup> Jam cons. ab ipso S. P.

<sup>5)</sup> Jam 24 Apr. 1285 (cfr. supra p. 173).

<sup>6)</sup> Ergo eliminandi sunt **Pandulfus** et **Guarnerius**, qui apud *Gams* 665 et 666 inter Gerardum et Petrum positi sunt.

<sup>7)</sup> A. 1338—1340 commorabatur Avinione.

<sup>8)</sup> Consecr. Arimini 23 Jul. 1363 a Nicolao epo. Pensaur. assist.

episc. Joanne Sarsinaten. et Leoncino Fanen. (Arch. Vat. Miscell. a. 1364).

<sup>9)</sup> Die 12 Maii 1389 Marinus s. Mariae novae diae. card. et camerarius Urb. VI vicarium Antonii epi. Human. monet. ut, cum hic ultra summam 100 fl. auri ad cameram apost. pro serv. comm. transmissam eidem adhuc in 150 fl. pro ipsius et Petri immediati praedecess. serv. comm. teneatur, hanc quantitatem ipsi camerae assignet (Reg. Camer. t. I f. 70).

<sup>10)</sup> Pro se et praedec. Antonio et Petro. Cum hic Petrus idem esse videatur ac Petrus a. 1371 prov., ille **Joannes**, qui apud *Gams* inter hunc Petrum et Antonium Trassati positus est, eliminari debet. Idem censendum est de **Petro** posito inter Vincentium et Dominicum a Clem. VII provisos. Antonius II, cui 1393 Julii 22 conceditur facultas recipiendi munus consecr. a quocunque antistite, altera die post constituitur collector apost. in prov. Anconitana (Lat. t. 28 f. 168, Vat. t. 314 f. 126); 1400 Dec. 10 transfertur ad Terrae-noven. (translato **Hugone** ep. Siten. ad Human.). Sed Antonio huic transl. non consentiente utraque translatio revocata est 1401 Mart. 23 (Bon. IX a. 12 Lat. l. pr. f. 240 cfr. Lat. t. 90 f. 176 et t. 100 f. 43); quare Antonius III, qui apud *Gams* Hugonem sequitur, idem habendus est ac Antonius II.

**Hydruntin.**

<sup>1)</sup> Si est in praedictum regis Hung. promotus.

<sup>2)</sup> Capell. (Jacobi) epi. Ostien. Cfr. Inn. IV a. 10 ep. 780 et a. 12 ep. 254. Absolutus est 1274 Aug. 23 per Gre. X (a. 3 t. 37 ep. 27) a censuris, quas incurrerat adhaerendo Manfredi.

ob. Matthaei (1282)	<b>Jacobus</b> <sup>3)</sup>	1283 Aug. 19	Mart. IV a. 3 (t. 41) ep. 59, 60
. . . . .	<b>Nicolaus</b> (sed. 1298), <b>Jacobus</b> , <sup>4)</sup> sedet	1303	Gams 911
ob. Jac. (1309 m. Aug.)	<b>Thomasius</b> , adiac. Brundusin., el., prov. <sup>5)</sup>	1310 Apr. 15	Cle. V a. 5 ep. 179 (5295)
ob. Thomasii (1320)	<b>Lucas</b> (O. Praed.), ep. Castren., postul., prov.	1321 Jan. 30	Jo. XXII a. 5 (t. 71) ep. 378
ob. Lucae (1329)	<b>Ursus</b> Minntulus, can. Neapol., capell. S. P., diac. <sup>6)</sup>	1329 Jan. 23	Jo. XXII a. 13 (t. 89) ep. 848
tr. Ursi el. ad Salern.	<b>Joannes</b> , aep. Corfien. (O. Praed.)	1330 Junii 27	Jo. XXII a. 14 (t. 95) ep. 751
ob. Joannis (1345)	<b>Reginaldus</b> , adiac. Stadien. in ecel. Cathalaun.	1345 Dec. 12	Cle. VI a. 4 (t. 169) ep. 47
tr. R. praes. ad Patracen.	<b>Philippus</b> (de Lanzano), ep. Coronen.	1351 Maii 20	Cle. VI a. 10 (t. 207) ep. 3
tr. b. m. Phil. ad Capuan.	<b>Jacobus</b> (de Itro), ep. Marturan. <sup>7)</sup>	1363 Dec. 20	Urb. V Av. t. 7 f. 104
tr. Jac. ad Constantinop.	idem <i>in admin.</i>	1376 Jan. 18	Gre. XI a. 6 (t. 290) f. 98
prom. Jac. ad Cardin.	<b>Guilelmus</b> (O. Min.), patr. Constantinop., <i>in admin.</i>	1379 Jan. 15	Cle. VII Av. t. 13 f. 514
ob. Guilelmi	<b>Riccardus</b> , ep. Trojan.	1393 Mart. 29	Cle. VII a. 15 (t. 305) f. 149
(amot. Jacobi praed.)	<b>Tirellus</b> , prov. ab Urb. VI	1380	} Gams 911
(tr. Tir. ad Cusentin. ?)	<b>Petrus</b> <sup>8)</sup>	1382	
tr. Petri ad Tarentin.	<b>Joannes</b> , obl. se person. <sup>9)</sup>	1390 Jan. 25	Bon. IX Obl. 48 f. 93
. . . . .	<b>Philippus</b> , ep. Gravinen. <sup>10)</sup> , obl. se	1395 Apr. 16	Bon. IX Obl. 48 f. 176 .
ob. Philippi (1417)	<b>Aragonius</b> de Spinis (Malaspina), protonot. ap. <sup>11)</sup>	1418 Febr. 23	Mart. V Arm. XII, 121 p. 99
ob. (Aragonii † 1424) <sup>12)</sup>	<b>Nicolaus</b> (Pagani), aep. Baren.	1424 Dec. 1	Mart. V Arm. XII, 121 p. 181

**Jacinten. v. Cephalonien. — Jacobitarum** (cfr. *Pothast* nr. 10241 et 22997).

**Jadren. al. Jadertin. (Zadar, Zara)** in Dalmatia, metrop. (400 fl.)

. . . . .	<b>Nicolaus</b> Manzavinus, ep. Pharen. <sup>1)</sup>	1198	} Gams 426
. . . . .	<b>Leonardus</b> O. S. B.	1208	
. . . . .	<b>Joannes</b> Venerius (jam el. 1218), <sup>2)</sup> <b>Thomas</b> , el.	1238 Maii 8	
. . . . .	<b>Dominicus</b> Franco <sup>3)</sup> , sedet	1239 Jan. 8	
. . . . .	<b>Laurentius</b> Periandro, jam el.	1245	

#### Hydruntin.

<sup>3)</sup> A cap. erat postulatus **Tancredus** epus. Neocastren., cujus confirm. 1282 Nov. 23 a Mart. IV (a 2 t. 47 ep. 24 cur.) commissa est (Gerardo) epo. Sabinen. et apost. legato, qui quidem Jacobum supradictum praefecit. Cui Nic. IV die 17 Jun. 1288 lic. testandi concedit (a. 1 ep. 109 ed. *Langlois* nr. 207).

<sup>4)</sup> Forte Jacobus successor Nicolai est idem ac Jacobus ejusdem praedecessor et ideo ipse Nicolaus eliminandus.

<sup>5)</sup> Et ab ipso S. P. cons. Accusatus est vitae scandalosae per Petrum Joannis can. Hydruntin. eoram consistorio apostolico, quare contra eum inquiri jussit 1318 Aug. 4 Jo. XXII (a. 2 t. 68 ep. 1608).

<sup>6)</sup> Ei simul tempus, quo munus consecrationis recipere debuerit, usque ad festum Pentecostes proxime futurum a Jo. XXII (a. 13 t. 92 ep. 3291) prolongatur.

<sup>7)</sup> Apud *Gams* ei a. 1375 succedit Jacobus patr. Constantin., qui quidem idem ac supradictus Jacobus est habendus.

<sup>8)</sup> Ei prorog. terminus solv. serv. comm. 1385 Dec. 5 (Obl. t. 47 f. 5). Secundum *Gams*, a quo confunditur cum Petro Amelii, 1382 translatus ab ecel. Senogallien. a. 1386 ad Tarentin. atque hoc eodem anno Venetias (ad patriarch. Graden.) denuo transfertur. Sed in hoc fallitur; nam Petrum aepum. Hydrunt. non prius quam

a. 1389 c. mensem Aprilis ad Tarentin. translatus ibique altero anno post mortuum, Petrum autem patr. Graden. jam a. 1387 huic ecclesiae praefectum esse constat.

<sup>9)</sup> Pro se et praedec. Petro et Tyrello.

<sup>10)</sup> Ei 1399 Sept. 18 conceditur facultas absolvendi subditos schisma abjuratos et ad obed. Bon. IX redituros (Lat. t. 110 f. 314).

<sup>11)</sup> Cfr. Brundusin. ad a. 1415.

<sup>12)</sup> Secundum *Gams* sequitur 1418 Apr. 1 Aragonium defunctum **Antonius** de Ponte, cui a. 1424 mortuo succedit Nicolaus Pagani; sed cfr. Albingan. not. 10 et Concordien. not. 9.

#### Jadren.

<sup>1)</sup> Citatur ab Inn. III (ed. *Poth.* 448) 1198 Dec. 2, eo quod sine licentia apost. sedis se transferri fecit. Adhuc a. 1215 Inn. III (Andreae) regi Hung. mandat, ut Nicolaum quondam Faren. epum., qui contra inhibit. S. P. ecclesiam Jadren. occupat, potestate sibi tradita cogat resipiscere. Mon. Slav. merid. I, 52.

<sup>2)</sup> A. 1219 Maii 26 Hon. III (a. 3 ep. 472 ed. *Press.* 2085 cfr. a. 4 ep. 598 ed. *Press.* 2251) Angelo patr. Graden. mandavit, ut eum confirmaret et consecraret.

<sup>3)</sup> A. 1240 Maii 30 Gre. IX (a. 14 t. 20 ep. 21) ei pallium assignat.

ob. Laurentii (1287) <sup>4</sup>	<b>Joannes</b> (de Anagaia) O. Min.	1291 Febr. 12	Nic. IV a. 3 ep. 687 (4077)
tr. Joa. ad Tranen.	<b>Henricus</b> de Tuderto O. Min.	1297 Junii 18	Bon. VIII a. 3 ep. 372 (2027)
ob. Henr. a. s. a.	<b>Jacobus</b> (de Fulgineo) O. Min., jam cons. a. s. a.	1299 Junii 15	Bon. VIII a. 5 ep. 241 (3121)
ob. Jacobi	<b>Nicolaus</b> (de Setia) O. Praed. <sup>5</sup> )	1312 Julii 31	Cle. V a. 7 ep. 786 (8485)
ob. Nicolai (1320)	<b>Joannes</b> (de Butuane), pleb. s. Matthaevi Jadren.	1322 Apr. 28 <sup>6</sup> )	Jo. XXII a. 6 (t. 73) ep. 797
ob. Joa. (a. 1333 Apr. 6)	<b>Nicolaus</b> de Mathafaris, can. Varad. <sup>7</sup> ), decr. dr.	1333 Sept. 10	Jo. XXII a. 18 (t. 107) ep. 2
ob. Nic. (p. 1367 Mart. 25)	<b>Dominicus</b> (O. Praed., ep. Stagnen. et Curzolen.)	1368 Sept. 27	Urb. V a. 6 Av. t. 18 f. 3
tr. Dom. ad Bosnen.	<b>Petrus</b> (de Matafaris), pleb. s. Steph. Jadren. <sup>8</sup> )	1376 Maii 5	Gre. XI a. 6 (t. 290) f. 112
ob. Petri (1400) <sup>9</sup> )	<b>Lucas</b> Vangnocii O. Er. s. A., mag. theol. <sup>10</sup> )	1400 Julii 28	Bon. IX a. 11 Lat. I. pr. f. 34
ob. Lucae (1419 20)	<b>Blasius</b> (Molinus), ep. Polen.	1420 Mart. 4	Mart. V a. 3 Lat. I. pr. f. 92
tr. Blasii ad Graden.	<b>Laurentius</b> (Venerius O. Praed.), ep. Mothonen.	1428 Jan. 19	Mart. V a. 11 Lat. I. pr. f. 161

### Januen. (Genova) in Italia super., metrop. (1000 fl)<sup>1</sup>)

ob. Bonifatii (1203)	<b>Otto</b> , ep. Bobien., postul. (1203 Sept. 23), prov.	1203 Nov. 18	Inn. III ed. Potth. 2024
ob. Ott. (1239 Oct. 30)	<b>Joannes</b> de Cogorno	1239 m. Nov.	Gams 815
ob. Joannis (1253)	<b>G(ualterius</b> de Vezzano), can. Lumen. <sup>2</sup> )	1253 Apr. 23	Inn. IV a. 10 (t. 22) ep. 640
ob. Gualt. (1274 Sept. 26)	<b>Bernardus</b> <sup>3</sup> ), sedet	1276 Sept. 6	Gams 815
ob. Bern. (1286)	<b>O(bizzo</b> Fieschi), patr. Antioch., in admin. <sup>4</sup> )	1288 Junii 4	Nic. IV a. 1 ep. 70 (142cf. 7211)
revoc. h. admin.	<b>Jacobus</b> de Voragine O. Praed., cons.	1292 Apr. 13	Gams 815
ob. Jac. (m. Jul. 1298)	<b>Porchettus</b> (Spinola) O. Min., jam cons. a. s. a. <sup>5</sup> )	1299 Febr. 3	Bon. VIII a. 5 ep. 3 (2891)
ob. Porch. (1321 Maii 30)	<b>Bartholomaeus</b> (de Reggio) diac., el., prov. <sup>6</sup> )	1321 Julii 18	Jo. XXII a. 5 (t. 72) ep. 1342
ob. Bar. (1335 Dec. 13)	<b>Dinus</b> (de Radicofano), patr. Graden. <sup>7</sup> )	1337 Jan. 27	Ben. XII a. 3 (t. 123) ep. 1
tr. Dini ad Pisan.	<b>Jacobus</b> (de s. Victoria <sup>9</sup> )	1342 Nov. 27	Cle. VI a. 1 (t. 152) ep. 83
ob. Jacobi (1349)	<b>Bertrandus</b> Besanduni, can. Tolonen.	1349 Sept. 2	Cle. VI a. 8 (t. 192) ep. 202
ob. Bertr. (1358)	<b>Guido</b> (Scettem), adiac. Januen.	1358 Julii 2	Inn. VI Av. t. 18 f. 120
ob. Guid. (1368)	<b>Andreas</b> de Turre O. Praed., mag. th., poenit. ap.	1368 Febr. 28	Urb. V Av. t. 17 f. 144
ob. Andreae (1377)	<b>Lanfrancus</b> (Sacco), abb. m. s. Syri Jan. O. S. B.	1377 Dec. 4	Gre. XI Av. t. 30 f. 62

### Jadren.

<sup>4</sup>) Et renunt. Andreae Capsoni (Gussonii) can. Paduan. a cap. el.

<sup>5</sup>) Rejecto **Alexandro** (de s. Elpidio) O. Praed. a capitulo el., qui 1314 transf. ad Creten. — Nicolaus ab ipso S. P. cons. accipit pallium 1312 Aug. 28 (Cle. V a. 7 ep. 824 ed. *Mon. Ben.* 8524).

<sup>6</sup>) Hae die ille Joannes (el., conf., cons., prov.) recipit pallium.

<sup>7</sup>) Non fuit epus. Nonen., sicut legitur apud *Gams*, neque O. Min., sicut alii asserunt.

<sup>8</sup>) In minor. const. Cfr. Urbinaten. n. 6 et Mon. Slav. Merid. I, 343.

<sup>9</sup>) Apud *Gams* inter Petrum et Lucam positi sunt **Antonius** de Benedieto ad a. 1398 et **Joannes** ad a. 1400.

<sup>10</sup>) Ei, qui a. 1396 viceeret. et reform. ut. provinciae Aeonitanae agit, 1389 Nov. 18 facultas visitandi sepulchrum Domin. concessa fuit (Lat. t. 5 f. 48 et t. 41 f. 284, Vat. t. 315 passim) et 1406 Febr. 16 tribuitur facultas testandi (Lit. t. 131 f. 80).

### Januen.

<sup>1</sup>) Aepatum. ab Innoe. III (secundum *Gams* ab Alex. III) concessum confirmavit 1217 Apr. 24 Hon. III (a. 1 ep. 413 ed. *Press.* 535) assignatis suffraganeis Bobien., Brugnaten. et in ins. Corsicae Mar(i)anen., Nebolen. (Nebien.) et s. Petri de Acho (Accien.).

<sup>2</sup>) Et capell. S. P. ab ipso jam cons.

<sup>3</sup>) A. 1275 Junii 2 Gre. X (a. 4 t. 37 ep. 32) deputatos eccl.

Januen. ad praesens pastoris solatio destitutae ad se pro eligendo aepe. venire jusserat.

<sup>4</sup>) Renuntiantibus vel non consentientibus electioni **Nicolino** de Camilla capell. S. P., fr. **Jacobo** de Voragine O. Praed., **Thedisio** de Flisco Lincolnien. et **Ottobono** de Spinolis Cathalaunen. eccl. can., diversis vicibus a capitulo Jan. electis.

<sup>5</sup>) Resignat 1301 Mart. 6 aepatum. coram Bon. VIII. a quo quidem in eundem 1301 Aug. 18 restituitur, jam prius admin. eccl. Januen. sibi commissa; sunt tamen, qui scribunt, eum jam 1301 Jan. 6 resignasse et Jan. 26 admin. esse factum. Cfr. Bon. XIII a. 6 (t. 49) ep. 11 cur., a. 7 (t. 50) epp. 1, 2, 57 et 58 cur. atque epp. 188 et 189 comm.; *Pothast* ur. 24923, 25007, 25057; Bull. Franc. Epit. pag. 217 not. 1.

<sup>6</sup>) Qui, antea can. Januen., 1321 Aug. 12, utpote jam consecr. a Ruimundo epo. Ostien., obtinet lic. recedendi a Curia Rom. (*Mollat* nr. 13951). — A. 1328 ab antipapa Nic. V **Berengarius** de Mari O. Min. in aepum. Januen. promovetur, in quem Jo. XXII die 11 Feb. 1330 excomm. sententiam ferri jubet (Reg. Vat. t. 115 f. 21 ep. 1117).

<sup>7</sup>) Rejecto sive resignante **Gotifredo** de Spinola, adiac. Januen., a eap. el.

<sup>8</sup>) Praepos. mon. s. Petri de Mareano O. Can. s. A. dioec. Asten., commensalis S. P., ipsi famil. exper. notus.

ob. Lanfr. (c. 1381)	<b>Bartholomaeus</b> de Cochurno O. Min.(?)	c. 1381	prov. ab Urb. VI (?)
prom. Barth. ad Card.	<b>Jacobus</b> (Fieschi Lavagna), ep. Vigintimilien. <sup>9)</sup>	1382	Gams 815
ob. Jac. (1400 Nov. 24)	<b>Pileus</b> (de Marini), can. Paduan., notarius apost. <sup>10)</sup>	1400 Nov. 30	Bon. IX a. 12 Lat. I. pr. f. 246
ob. Pilei	<b>Petrus</b> de Georgiis, ep. Novarien.	1429 Nov. 4	Mart. V Arm. XII, 121 p. 244

**Jatwesonien. al. Jentwesonien. in confinibus Livoniae.<sup>1)</sup>****Jaurien. seu Geurien. (Güör, Raab) in Hungaria, suffr. Strigonien. (800 fl.)**

tr. Ugrini ad Strig.	<b>Petrus</b> (1206, † 1218), <b>Cosmas</b>	1219, 1223	} Gams 373
.....	<b>Gregorius</b> (1223, 1240), <b>Georgius</b>	1240	
ob. Georgii (1241)	<b>Benedictus</b> , ep. Varadien.	1243 Julii 11	Inn. IV a. 1 ep. 9
.....	<b>Artolfus</b> , ep. Transsilvan.	1245 m. Sept.	} Gams 373
.....	<b>Homodeus</b> (1254, 1263 <sup>1)</sup> ), <b>Georgius</b>	1263, 1267	
.....	<b>Farkassius</b> , magister	1268, 1270	
.....	<b>Dionysius</b> (1271, 1289?), <b>Andreas</b>	1290, 1293	
.....	<b>Benedictus</b> (1294, 1296), <b>Theodorus</b>	1296	} Cle. V ed. Mon. Ben. 6135 <sup>3)</sup>
ob. Theodori	<b>Nicolaus</b> , praepos. eccl. s. Adalb. Jaurien. <sup>2)</sup>	1309 Julii 28	
ob. Nicolai	<b>Colomannus</b> , praepos. Strigonien. <sup>4)</sup> , postul., prov.	1337 Maii 14	Gams 373
(ob. Colomanni)	<b>Joannes</b> , ep. Vacien.	c. 1375	Gre. XI a. 6 (t. 289) f. 53
tr. Joa. ad Strigon.	<b>Petrus</b> , ep. Bosnen.	1376 Jan. 23	Gre. XI Av. t. 30 f. 73
tr. Petri ad Vesprim.	<b>Guilelmus</b> (O. Min.), ep. Senen.	1377 Oct. 2	Urb. VI Obl. 48 f. 35
amot. Guilelmi <sup>5)</sup>	<b>Joannes</b> de Bedrichma (Hédervar), obl. se	1386 Junii 12	Mart. V Arm. XII, 121 p. 98
ob. (Joannis)	<b>Clemens</b> , praepos. Cenadien., el., prov.	1418 Febr. 16	

**Jerolamen.<sup>1)</sup>****Jentwesonien. v. Jatwesonien. — Jerapetren. v. Hierapetren.****Ilerden. (Lerida) in Hispania, suffr. Terracomen. (600 fl.)**

ob. Gombaldi (1205)	<b>Berengarius</b> de Eril, sedet	1205 Dec. 22	} Gams 43
ob. Berengarii	<b>Petrus</b> de Albalate	1236	

**Januen.**

<sup>9)</sup> A. 1389 et praedec. annis vic. gen. in temp. provinciae patrim. s. Petri et collect. apost. in nonnullis provinciis agebat (Vat. t. 312 f. 30 et t. 311 f. 67).

<sup>10)</sup> Amotus a Ben. XIII, qui Joannem de Godiliascio can. Januen. in vic. gen. in spir. et tempor. constituerat, restituitur ab Alex. V die 8 Aug. 1409 (Lat. t. 136 f. 76).

**Jatwesonien.**

<sup>1)</sup> Hujus eccl., quae forsitan eadem est ac Wersovien. (cfr. Rigen. n. 2), epus. (ut videtur) unicus nomine **Henricus** O. Praed. occurrit, qui 1249 Apr. 11 ab Inn. IV (a. 6 ep. 447 ed. *Berger* 4439) licentiam munus consecr. a quocunque antistite recipiendi obtinuerat atque a. 1258 et 1261 in dioec. Patavien. officia pontificalia exercebat.

**Jaurien.**

<sup>1)</sup> In possess. praepositurae sacc. eccl. de Castroferreo (*Eisenburg*) dioec. Jaurien. vac. per promot. praepositi in epum. Jaurien. Innoc. IV die 12 Oct. 1253 mag. Bonaventuram, physicum et callanum Ottoboni s. Adriani diac. card., induci jubet (*Pothast* nr. 15152).

<sup>2)</sup> Clericus, def. patiens nat. et aet. (20 a. agens, a soluto vel

conjugato et soluta gen.); apud *Gams* iste Nicolaus vocatur ep. Bosnensis, cui a. 1318 Colomannus, a. 1321 alter Nicolaus, a. 1337 alter Colomannus succedunt. Sed prior Colomannus delendus et uterque Nicolaus unus idemque est; constat enim, Nicolaum, qui a. 1325 sedebat, eundem esse ac Nicolaum, qui a. 1309 promotus est.

<sup>3)</sup> Cf. Jo. XXII a. 9 (t. 79) ep. 2029.

<sup>4)</sup> Diac., def. patiens nat. et aet., cum esset in 25. aet. anno constitutus et a Carolo rege Hung. conjugato genitus cum soluta. Cfr. Ben. XII a. 3 ep. 296.

<sup>5)</sup> Per Urb. VI. Fuit enim sequax Clem. VII, a quo 1388 Jan. 20 ad Neapolitan. transfertur et simul admin. eccl. Jaurien. obtinet (Cle. VII Av. t. 49 f. 23 et 61). Apud *Gams* non fit mentio de ejus transl. a Senen., immo in serie Senen. non transf. ad Jaurinum, sed ad Larinum!

**Jerolamen.**

<sup>1)</sup> Huius ecclesiae alias ignotae, vac. per ob. **Georgii**, a Bon. IX praefectus est in epum. tum **Paulus** abbas mon. s. Aegidii de Symigio O. S. B. dioec. Vesprim. 1396 Apr. 12 (a. 7 Lat. I. 60 f. 313) tum **Johannes** de Norwyco O. Er. s. A. 1402 Dec. 12 (Lat. I. 113 f. 152).



. . . . .	<b>Raimundus</b> de Siscar, jam el.	1238 Febr. 20	} Gams 43
ob. Raim. (1247 Aug. 21)	<b>Guilelmus</b> de Babera O. Praed., el.	1248 Mart. 2	
ob. G. (1255 Apr. 17) <sup>1)</sup>	<b>Berengarius</b> de Peralta	1256	} Gams 43
ob. Ber. el. (1256 Oct. 2)	<b>Guilelmus</b> de Moncada, el.	1257 Apr. 4	
ob. Guil. (1282 v. 83)	<b>Geraldus</b> (de Andria), el. Convenarum <sup>2)</sup>	1290 Mart. 15	Nic. IV a. 3 ep. 68 (2433)
ob. Ger. (p. 1298 Jun. 28)	<b>Petrus</b> del Rey, sedet	1299 Mart. 23	} Gams 43
ob. Petri (1308 Sept. 4)	<b>Poncius</b> de Aquilaniu, el.	1308 Sept. 18	
ob. Poncii (m. Sept. 1313)	<b>Guilelmus</b> de Aranyo	1314	} Jo. XXII a. 6 (t. 73) ep. 567
ob. Guil. (1321 Dec. 17)	<b>Poncius</b> (de Villamur), adiac. Ilerden. <sup>3)</sup> , el., prov.	1322 Febr. 26	
ob. Poncii (1324)	<b>Raimundus</b> , abbas mon. montis Aragonum <sup>4)</sup>	1324 Nov. 14	Jo. XXII a. 9 (t. 78) ep. 265
ob. R. (1327 Aug. 12)	<b>Arnaldus</b> (de Cescomes), adiac. b. Mariae <sup>5)</sup>	1327 Aug. 22	Jo. XXII a. 11 (t. 84) ep. 2535
tr. Arn. ad Terracon.	<b>Ferrarius</b> (Ferrer Colon), can. ips. eccl.	1334 Oct. 24	Jo. XXII a. 19 (t. 108) ep. 8
tr. Pilei ad Paduan.	<b>Petrus</b> de Barono, can. ips. eccl.	1359 Junii 12	Inn. VI Av. t. 20 f. 113
. . . . .	<b>Angelus</b> (c. 1380), <b>Nicolaus</b> (Beruti) O. Er. s. A.	1385 Oct. 27 <sup>4)</sup>	Urb. VI Obl. 48 f. 20
tr. Nic. ad Massan.	<b>Lottus</b> (Gambacurta), aep. Pisan.	1394 Sept. 9	Bon. IX a. 5 Lat. l. 45 f. 25
ob. Lotti (1409)	<b>Jacobus</b> de Tervisio, decr. doctor <sup>5)</sup>	1409 Nov. 25	Alex. V Arm. XII, 121 p. 19
ob. Jac. (1416 m. Febr.)	<b>Joannes</b> Motoni (non conf.), el.	1416 Mart. 13	} Gams 804
	<b>Joannes</b> Benedetti O. Pr. (cf. Arm. XII, 121 p. 101)	1418 Mart. 8	

**S. Thaddaei** de Caraclesia al. **Machoen. (Maku)** in Armenia maj., metrop.

. . . . .	<b>Zacharias</b> (cfr. Taurisien. n. 2) <sup>1)</sup>	c. 1329	} Inn. VI a. 1 (t. 244) f. 154
ob. Zachariae	<b>Zacharias</b> Marchart, monachus Armenus	1353 Apr. 20	
ob. Zachariae	<b>Petrus</b> de Ellegnis O. Praed.	1387 Sept. 10	Cle. VII Av. t. 47 f. 29
. . . . .	<b>Bertucius</b> (Bertuch), prov. ab Urb. VI	c. id. temp.	} Bon. IX a. 13 Lat. l. 146
ob. Bertucii	( <b>Joannes</b> ) Baptista de Insula O. Praed.	1400 Maii 5	
. . . . .	<b>Hieronimus</b>	. . . . .	. . . . .
am. Hier. apostatae	<b>Job</b> de Macho O. Praed.	1424 Mart. 13	Mart. V a. 7 Lat. l. pr. f. 130

**Thaboren. v. Taboren. — Thalon(i)en.<sup>1)</sup> — Tharsen. v. Tarsen.****T(h)eanen. (Teano)** in Italia infer., suffr. Capuan. (250 fl.)

ob. Theodini (1227)	<b>Roffredus</b> , sedet	1229	Gams 930
ob. Roffr. (1239 Oct. 23)	<b>Hugo</b> , cui prius ad sacerd. promotus impendat munus consecr. epus. Alifien.	1254 Nov. 11	Inn. IV a. 12 (t. 23) ep. 332
. . . . .	<b>Guilelmus</b> , sedet	1274	Gams 930
ob. Guil. (1295)	<b>Nicolaus</b> , ep. Soran.	1296 Aug. 9	Bon. VIII a. 2. ep. 323 (1212)
. . . . .	<b>Adenulfus</b> (c. 1305), <b>Giffredus</b> de Gallutio <sup>1)</sup>	1310	Gams 930
ob. Goffridi (1338)	<b>Petrus</b> , adiac. Lupacen. in eccl. Biterren. <sup>2)</sup>	1338 Mart. 23	Ben. XII a. 4 (t. 126) ep. 80
ob. Petri et Pauli el.	<b>Homodeus</b> , apresb. ips. eccl.	1342 Julii 16	Cle. VI a. 1 (t. 152) ep. 17
ob. Homodei	<b>Bartholomaeus</b> de Papazuris O. Praed.	1348 Maii 30	Cle. VI a. 7 (t. 188) ep. 10
tr. Barth. ad Theatin.	<b>Marinus</b> de Judice, can. Amalf., diac.	1353 Maii 24	Inn. VI a. 1 (t. 244) f. 142

**Tervisin.**<sup>3)</sup> In disc. cum Bartholomaeo Quirino clerico de Venetiis.<sup>4)</sup> Hac die obl. se pro se et praedec. Angelo, qui desideratur apud Gams. Nicolaus praedictus 6 Jul. 1392 in capellanum et familiarem S. P. recipitur (Vat. t. 313 f. 331).<sup>5)</sup> Et clericus can. apost. (ac referend. S. P. 1409 Nov. 14). Obl. se person. 1409 Dec. 14 pro se et praedec. Loto (Obl. 56 f. 19).**S. Thaddaei.**<sup>1)</sup> Apud Gams p. 455 ad a. 1321 et Cachana et Zacharias ponuntur; sed illud nomen sine dubio legendum est „Çacharia.“ Hic Zacharias relicto schismate Armen. ad unionem S. R. Ecclesiae conversus valde favebat missionariis ex Ord. Praed. et Min. ad illas terras proficiscentibus. Cfr. Bull. Franc. t. V nr. 440 et 811.**Thalonien.**<sup>1)</sup> Huic eccl. per ob. **Joannis** vac. a Jo. XXIII (a. 5 Lat. l. 44 f. 286) 1414 Junii 30 in epum. praefectus est **Augustinus** de Mothwitz, can. mon. b. Mariae extra muros Vratislav. O. Can. s. A.; hic adhuc a. 1432 suffr. epi. Misnen. agebat.**T(h)eanen.**<sup>1)</sup> A. 1311 Junii 17 Cle. V (a. 5 ep. 328 ed. *Mon. Ben.* 5458) contra eum inquiri jussit pro eo, quod simoniace in epum. Thean. se fecit consecrari.<sup>2)</sup> Rej. Paulo de Gallutio decano et Petro Moret can. Thean. in disc. el.

tr. Mar. ad Amalf.	<b>Joannes</b> (Mutio), adiac. Cortonen. <sup>3)</sup>	1361 Aug. 11	Inn. VI Av. t. 26 f. 41
ob. Joannis (1363)	<b>Franciscus</b> de Messana O. Praed.	1363 Dec. 20	Urb. V Av. t. 7 f. 105
tr. Franc. (1369)	<b>Thomas</b> de Porta, can. Salern., lic. in leg., min.	1369 Mart. 5	Urb. V Av. t. 21 f. 153
tr. Tho. ad Regin.	<b>Alexander</b> , apresb. Isernien., decr. doctor	1372 Jan. 19	Gre. XI Av. t. 14 f. 150
. . . . .	<b>Antonius</b> <sup>4)</sup> , sedet	1383	DGams 930
. . . . .	<b>Joannes</b> de Ebulo O. Min., prov. a Cle. VII	1388	cfr. s. Severinae not. 9
tr. Ant. ad Pennen.	<b>Nicolaus</b> (Diano), obl. se <sup>5)</sup>	1393 Oct. 23	Bon. IX Obl. 48 f. 154
tr. Nic. ad Neapol. <sup>6)</sup>	<b>Gasparus</b> de Diano, clericus, 22 a. agens <sup>7)</sup>	1412 Junii 30	Gre. XII a. 6 Lat. I. 135 f. 11
tr. Gasp. ad Consan.	<b>Joannes</b> (Christoph.) Crispani, leg. dr. († 1443)	1418 Jan. 26	Mart. V Arm. XII, 121 p. 96

**T(h)eatin.** (Chieti) in Italia infer., immed. subj. (500 fl.)

ob. Barthol. (1227) <sup>1)</sup>	<b>Rainaldus</b> (c. 1228), <b>Gregorius</b> , cl.	1234	Gams 875
. . . . .	<b>Landulfus</b> (Caracciolo) de Neapoli, mag. <sup>2)</sup>	1252 Jan. 11	Inn. IV a. 9 ep. 106 (5542)
. . . . .	<b>Alexander</b> de Capua, mag., capell. S. P., nobilis <sup>3)</sup>	1254 Aug. 24	Inn. IV a. 12 (t. 23) ep. 151
. . . . .	<b>Nicolaus</b> de Fossanova O. Cist. <sup>4)</sup>	1262	Gams 875
ob. Nicolai	<b>Thomas(ius)</b> , praepos. eccl. s. Nicolai <sup>5)</sup>	1286 Mart. 31	Hon. IV a. 1 ep. 320 (344)
ob. Thomae <sup>5)</sup>	<b>Rainaldus</b> O. Praed.	1295 Apr. 17	Bon. VIII a. 1 ep. 84
ob. Rainaldi	<b>Matthias</b> , adiac. Drocen. in eccl. Carnoten., diac. <sup>6)</sup>	1303 Maii 29	Bon. VIII a. 9 (t. 50) ep. 125
ob. Matthiae el. a. s. a.	<b>Petrus</b> , ep. Mothonen.	1303 Julii 19	ib. ep. 139
ob. Petri	<b>Raimundus</b> (de Mausaco O. Min.), ep. Alben. <sup>7)</sup>	1321 Febr. 21	Jo. XXII a. 5 (t. 71) ep. 607
tr. Raim. ad Aversan.	<b>Joannes</b> (Crispano), can. Neapol., capell. S. P.	1326 Febr. 21	Jo. XXII a. 10 (t. 80) ep. 719
ob. Joannis (1335)	<b>Petrus</b> (Ferro), ep. Marsican. <sup>8)</sup>	1336 Maii 10	Ben. XII a. 2 (t. 121) ep. 300
ob. Petri (1336 Nov. 17)	<b>Beltraminus</b> (Paravicini) <sup>9)</sup> , obl. se	1336 Dec. 14	Ben. XII Obl. t. 6 f. 151
tr. Beltr. ad Cuman.	<b>Guilelmus</b> (Capodiferro), thesaur. eccl. Tironen. <sup>10)</sup>	1340 Mart. 17	Ben. XII a. 6 (t. 128) ep. 35
ob. Guil. (1352)	<b>Bartholomaeus</b> (Carbone de Papazurri O. Praed.) <sup>11)</sup>	1353 Maii 24	Inn. VI a. 1 (t. 244) f. 140
tr. Barth. ad Patracen.	<b>Vitalis</b> (de Bononia O. Serv.), ep. Asculan.	1363 Julii 21	Urb. V Av. t. 6 f. 76
ob. Vitalis (1373)	<b>Elziarius</b> de Sabrano, clericus Arianen. <sup>12)</sup>	1373 Sept. 5	Gre. XI a. 3 (t. 272) f. 107
amot. Elz. sequ. Urb. VI	<b>Thomas</b> , adiac. Brundusin.	1378 Nov. 10	Cle. VII Av. t. 15 f. 417
prom. Elz. ad Card.	<b>Joannes</b> de Comino O. Coel. <sup>13)</sup> , prov. ab Urb. VI	1379 Mart. 19	Gams 875
ob. Joannis (1396)	<b>Guilelmus</b> Carbonus, adiac. Aquilegen. <sup>14)</sup>	1396 Aug. 18	Bon. IX a. 7 Lat. I. 62 f. 3
ob. Guil. tit. s. Balb.	<b>Nicolaus</b> (Viviani), ep. Spoletan.	1419 Febr. 1	Mart. V a. 2 Lat. I. 32 f. 233
ob. Nic. (1428 Nov. 6)	<b>Marinus</b> (de Tocco), ep. Racanat.	1429 Jan. 7	Mart. V a. 12 Lat. I. 154 f. 195

**T(h)eanen.**

<sup>3)</sup> Consecr. 1362 Jan. 2 in eccl. s. Ben. Frosinen. dioec. Verulan. a Petro epo. Anagnin. assist. Petro Ferentin., Pazulo Alatrin., Uberto Berthenen. (?) eppis. (Arch. Vat. Miscell. a. 1362).

<sup>4)</sup> Cui Urb. VI 1389 Jan. 15 concedit facult. absolv. nonnullos habitatores civ. et distr. Velletr. olim antipapae adhaerentes (Reg. Vat. t. 311 f. 272.)

<sup>5)</sup> Pro se et praedec. Antonio, Alexandro, Thoma, Francisco. Ei 1393 Oct. 19 conceditur facultas recip. munus consecr. a quoc. antistite (Lat. t. 28 f. 168).

<sup>6)</sup> A. 1411 Mart. 12, quo die simul constituitur vic. gen. ecclesiae Theanen. a Gre. XII ad manus suas retentae. Cfr. Reg. Vat. t. 337 f. 130, 140, 228; Cam. t. 2 f. 40.

<sup>7)</sup> In admin., quousque a. 26 peregerit.

**T(h)eatin.**

<sup>1)</sup> Impetrat, ut ipse et ecclesia sua sub b. Petri protectione suscipiantur ab Inn. III (ed. *Pothast* 3200 cf. 3806) 1207 Oct. 19.

<sup>2)</sup> Capell. R. s. Angeli diac. card.

<sup>3)</sup> Cui ad Curiam Rom. pro impetr. confirm. ituro conced. fac. contrahendi mutuuum 1254 Sept. 15 (Reg. Inn. IV ed. *Berger* nr. 7999).

<sup>4)</sup> Urb. IV 1263 Oct. 28 in Nicolaum de Fossa pro epo. Theatin.

se gerentem inquiri et provisionem de eo facta cassari jubet (*Pothast* nr. 18694; cfr. Nic. IV a. 3 ep. 736 ed. *Langlois* nr. 4217).

<sup>5)</sup> De monte Odorisio dioec. Theatin., capell. J. s. Mariae in via lata diac. card., el., prov., jam cons. a. s. a. Et revoc. prov. de persona **Francisci** de Adria tunc apresb. de Orthona dioec. Theatin. per Coel. V facta, qui transfertur ad Aprutin. (sed huic transl. non consentiens amplius pro electo Theatin. se gerit). Apud *Gams* inter Thomam et Rayn. ponitur **Guilelmus** ad a. 1292 et 1293.

<sup>6)</sup> Camerae apost. clericus, S. P. famil. exper. notus, el., prov.

<sup>7)</sup> Rej. **Guilelmo** de Gignacio O. Min. a cap. el., cujus electioni se opponerat procurator gen. O. Min.

<sup>8)</sup> Rej. **Thoma** Cypriani et **Andrea** Bartholomaei cau. Theatin. in disc. el.

<sup>9)</sup> Ei a. 1337 Ben. XII (a. 3 t. 124 ep. 164 et 304) tempus recip. munus consecr. prorogat.

<sup>10)</sup> Diac., notarius apost., S. P. famil. exper. notus.

<sup>11)</sup> Ep. Theanen. Rej. **Nicolao** Masioli adiac. Theatin. a cap. el.

<sup>12)</sup> In min. const., decr. doctor.

<sup>13)</sup> Die 6 Dec. 1381 Urb. VI Joannem epum. Theatin. bona a Martino epo. Valven. relicta nomine camerae apost. exigere jubet (Reg. Vat. t. 310 f. 147; cfr. t. 311 f. 48).

<sup>14)</sup> Notarius apost., in min. const., qui 1411 Jun. 6 in S. R. E. card. promotus remanet *admin.* Theatin.

**Theban. (Thebae)** in Graecia, metrop. (400 al. 500 fl.), cfr. Gams 431.

. . . . . <sup>1)</sup>	<b>A.</b> , capell. Henrici imper. Constantin., el., prov. <sup>2)</sup>	1210 Oct. 4	Inn. III ed. Potthast 4098
. . . . .	. . . , cui conceditur palleum	1252 Junii 3	Inn. IV a. 9 ep. 292 (5728)
. . . . .	<b>Nicolaus</b>	. . . . .	} Cle. V a. 3 ep. 500 (2850)
tr. N. ad Constantinop.	<b>Isnardus</b> (Tacconi) O. Praed., jam cons. a. s. a. <sup>3)</sup>	1308 Julii 12	
tr. Isn. ad Antiochen.	<b>Stephanus</b> , nepos Leonardi epi. card. Albanen. <sup>4)</sup>	1311 Aug. 13	Cle. V a. 6 ep. 573 (8255)
ob. Stephani <sup>5)</sup>	<b>Isnardus</b> (Tacconi O. Praed. suprad.) <sup>6)</sup>	1326 Maii 29	Jo. XXII a. 10 (t. 81) ep. 1658
ob. Isnardi	<b>Philippus</b> O. Carm., ep. Salonen.	1342 Aug. 26	Cle. VI a. 1 (t. 147) ep. 46
tr. Ph. praes. ad Consan.	<b>Sirellus</b> Petri de Ancona, can. Patracen.	1351 Maii 20	Cle. VI a. 10 (t. 207) ep. 20
ob. Sirelli	<b>Paulus</b> , ep. Smyrnarum	1357 Maii 15	Inn. VI Av. t. 17 f. 239
tr. Pauli ad Constantin.	<b>Simon</b> (O. s. Bas.), ep. Giracen.	1366 Apr. 17	Urb. V Av. t. 14 f. 101
ob. Simonis	<b>Thomas</b> (de Nigroponte O. Min.), ep. Nizerien. <sup>7)</sup>	1387 Julii 9	Cle. VII Av. t. 44 f. 159
		<b>Stephanus, Garsias</b> , obl. se person. <sup>8)</sup>	1387 Junii 1
. . . . .	<b>Benedictus</b> , obl. se person. <sup>9)</sup>	1390 Maii 18	Bon. IX Obl. 48 f. 102
ob. Benedicti	<b>Bernardus</b> (cfr. Pacten. n. 14), ep. Nuscan. <sup>10)</sup>	1405 Maii 11	Inn. VII Lat. t. 122 A f. 302
. . . . .	<b>Antonius</b> <sup>11)</sup>	. . . . .	. . . . .
ob. Antonii	<b>Nicolaus</b> Trivisano de Venetiis O. Min. <sup>12)</sup>	1410 Apr. 4	Alex. V Arm. XII, 121 p. 27
tr. Nic. ad Nonen.	<b>Jacobus</b> , ep. Thermopylen. <sup>13)</sup>	1411 Mart. 16	Jo. XXIII a. 1 Lat. l. 7 f. 203
. . . . .	<b>Joannes</b> de Pontistremulo O. Min., mag. theol. <sup>14)</sup>	1418 Febr. 23	Mart. V Arm. XII, 121 p. 98
ob. Joa. de Pontremulo	<b>Stephanus</b> , aep. Mytilenen.	1429 Dec. 23	Mart. V a. 13 Lat. l. 172 f. 272

### Thefelicen. s. Thephelicen. v. Tefelicen.

**Thelesin. (Telese)** in Italia infer., suffr. Beneventan. (140 fl.)

. . . . .	<b>R.</b> , adiac. ips. eccl., el., prov.	1240 Mart. 28	Gre. X a. 14 (t. 20) 3, 197
ob. Raonis <sup>1)</sup>	<b>Salernus</b> (Salemus). can. ips. eccl., prov. <sup>2)</sup>	1286 Julii 16	Hon. IV a. 2 ep. 93 (590)
. . . . .	<b>Jacobus</b>	1304	Gams 931
ob. Jacobi	<b>Riso</b> , can. Baren., clericus <sup>3)</sup>	1326 Maii 21	Jo. XXII a. 10 (t. 81) ep. 1737

#### Theban.

<sup>1)</sup> A. 1208 Innoc. III aeop. Theban. quaedam exequenda committit; 1210 Sept. 17 Templariis in Romania quoddam viridarium a b. m. Thebano aeop., tunc electo, eis concessum confirmat (*Potthast* 3506 s. et 4085).

<sup>2)</sup> Rej. . . epo. Davalien. a minori parte capituli postul.

<sup>3)</sup> Constituitur Vicarius Urbis 1308 Aug. 12 (Clem. V a. 3 ep. 27 de cur. ed. *Mon. Ben.* 3577).

<sup>4)</sup> Ei, qui ad eccl. suam accedere non potest, 1312 Jul. 13 indulgetur, quod omnia beneficia sua eccl. per biennium post consecr. suam retinere possit. Cui a S. P. propriis manibus consecrato 1312 Aug. 27 conceditur palleum (Cle. V a. 7 ep. 465 et 789, ed. *Mon. Ben.* 8138 et 8489).

<sup>5)</sup> A. 1327 Apr. 13 Jo. XXII (a. 11 t. 83 ep. 1538) mandat archidiacono Niprofonten. ac . . . rectori Campaniae Martinaeque, ut paramenta et alia bona, quae a Stephano aeop. Theban. apud Brundusium defuncto sunt relicta, successori ejus Isnardo ad ipsius instantiam extradantur.

<sup>6)</sup> Olim patr. Antioch. Obtinet patr. Constantin., aepum. Patracen., archidiaconum Nigroponten. conservatores suorum jurium 1327 Jul. 26 et 1328 Sept. 1 ei in Romana curia residenti conceditur, ut a subditis suae dioecesis et provinciae subsidium annuum usque ad 400 fl. auri exigere possit (Jo. XXII a. 11 t. 83 ep. 1897 et a. 12 t. 87 ep. 2845).

<sup>7)</sup> Cle. VII 1390 Junii 16 ei permisit, ut epatum. Nizerien. una cum ecclesia Theban. in partibus sibi (Cle. VII) inobedientibus

existente retinere posset et 1392 Jul. 8 instituit eum apost. sedis nuntium et receptorem fructuum ad cameram apost. pertinentium in civ. et dioec. Colocen. (Rhodo). Cfr. Cle. VII Av. t. 59 div. form. qu. 12 et t. 66 f. 63.

<sup>8)</sup> Pro se et praedec. Stephano, Simone, Paulo.

<sup>9)</sup> Pro se et praedec. Garsia, Simone, Paulo. Inter eum et Bernardum apud *Gams* ponitur **Paulus** antea aep. Montisregalis; sed cfr. ibi not. 10 et infra not. 14.

<sup>10)</sup> Obl. se person. 1405 Sept. 26 pro se et praedec. Stephano, Simone, Paulo (Obl. 57 f. 88).

<sup>11)</sup> Apud *Gams* ad a. 1408 ponitur „**Andreas** Fumarius † 1409“. Cfr. Colocen. ad a. 1413.

<sup>12)</sup> Obl. se person. 1410 Apr. 12 (Obl. 56 f. 26).

<sup>13)</sup> Obl. se person. 1411 Maii 13 (Obl. 56 f. 49).

<sup>14)</sup> Ad cujus preces 1418 Jul. 3 illa pensio annua 80 fl. auri, quae super reddit. eccl. Nigripontis mensae aepi. Theban. concessis Paulo aeop. Montisreg. assignata erat, a Mart. V revocatur, assignata eidem Paulo ab eccl. Montisreg. ad Thessalon. translato annua pens. 300 fl. super reddit. aepatus Montisreg. (Lat. t. 195 f. 80 et 268).

#### Thelesin.

<sup>1)</sup> Qui forsitan idem est ac R. a. 1240 prov.

<sup>2)</sup> Cassata elect. de eodem Sal. facta.

<sup>3)</sup> Rej. Philippo de s. Tramundo can. Benevent. et Francisco Salegroni primicerio eccl. Thelesin. in disc. el. Cfr. Jo. XXII a. 10 (t. 80) ep. 3 de curia.



ob. Risonis	<b>Thomas</b> , adiac. in eccl. Turonen., capell. S. P.	1328 Nov. 7	Jo. XXII a. 13 (t. 89) ep. 851
ob. Thomae (1340)	<b>Thomas</b> , adiac. ips. eccl., diac.	1340 Nov. 6	Ben. XII a. 6 (t. 128) ep. 147
ob. Thomasia (1345)	<b>Matthaeus</b> de Aquaputrida O. Min.	1345 Julii 15	Cle. VI a. 4 (t. 170) ep. 4
ob. Matth. (1348)	<b>Dominicus</b> O. Min., jam cons. a. s. a.	1348 Nov. 10	Cle. VI a. 7 (t. 187) ep. 290
. . . . .	<b>Jacobus</b> (de Cerreto, ep. Vulturar.), obl. se <sup>4</sup> )	1353 Jan. 29	Inn. VI Obl. t. 22 f. 174
ob. Jacobi	<b>Jacobus</b> , ep. Lavelen. (cf. s. Severinae ad a. 1377)	1372 Julii 14	Gre. XI Av. t. 14 f. 175
amot. Jac. (cfr. not. 5)	<b>Joannes</b> de Casalialbulo O. Min. (Vat. t. 297 f. 64)	1386 Maii 21	Cle. VII Av. t. 41 f. 70
ob. Joannis	<b>Nicolaus</b> de Bittaro, adiac. Lucerin.	1393 Aug. 29	Cle. VII a. 15 (t. 305) f. 162
tr. Jac. ad Neocastren. <sup>5</sup> )	<b>Clemens</b> (de Neapoli O. Er. s. A.), obl. se person.	1399 Aug. 26	Bon. IX Obl. 48 A f. 119
certo modo	( <b>Stephanus</b> ) Burdonus, ep. Amelien. <sup>6</sup> )	. . . . .	. . . . .
ob. Clementis	<b>Marcutius</b> Angeli, can. Surrentin. <sup>7</sup> )	1413 Jan. 20	Jo. XXIII a. 3 Lat. l. 32 f. 9

**Thermopylen. al. Termopilen. (Thermopylae)** in Graecia, suffr. Athenien.

. . . . .	<b>Arnulfus</b> (1208), tr. ad Serren.	1212	Gams 431
. . . . .	<b>B.</b> , aep. Larissen., in <i>admin.</i>	1222 Oct. 14	Hon. III a. 7 (t. 12) ep. 24
. . . . .	<b>Marcus</b>	. . . . .	. . . . .
ob. Marci	<b>Thomas</b> , can. Davalien., el., conf. <sup>1</sup> ), prov.	1311 Maii 21	Cle. V a. 6 ep. 470 (6867)
. . . . .	<b>Gregorius</b> , commoratur Avinione	1340	. . . . .
ob. Gregorii	<b>Nitardus</b> O. Praed. <sup>2</sup> ), jam cons. a. s. a.	1344 Febr. 16	Cle. VI a. 2 (t. 157) ep. 201
ob. Nythardi	<b>Henricus</b> O. Praed. <sup>3</sup> )	1356 Maii 21	Inn. VI Av. t. 14 f. 64
. . . . .	<b>Henricus</b> Cireker O. Cist., suffr. Constantien.	1385, 1412	Regg. Epporun. Const.
. . . . .	<b>Jacobus</b>	. . . . .	. . . . .
tr. Jac. ad { Davalien. <sup>4</sup> )	<b>Silvester</b> Calbus (Calvo) de Coronio O. Praed.	1412 Junii 6	Gre. XII a. 6 Lat. l. 9 f. 8
	{ Theban. <sup>5</sup> )	1413 Jan. 5	Jo. XXIII a. 3 Lat. l. 32 f. 56
ob. Juliani (cfr. not. 4)	<b>Nicolaus</b> O. Min., mag. theol., olim ep. Nonen.	1424 Oct. 13	Mart. V a. 7 Lat. l. pr. f. 196

**T(h)ermulan. (Termoli)** in Italia infer., suffr. Beneventan. (100 fl.)

. . . . .	<b>Angelus</b> (1226), <b>Stephanus</b>	1235	Gams 932, 933
. . . . .	<b>Valentinus</b> , mag., can. eccl. Gargan., el., prov.	1254 Oct. 16	Inn. IV a. 12 (t. 23) ep. 250
. . . . .	<b>Joannes</b> (1265), <b>Bartholomaeus</b> Aldomarisso	1304	. . . . .
ob. Barthol. <sup>1</sup> )	<b>Joannes</b> (1318 Nov. 20), <sup>2</sup> ) <b>Bartholomaeus</b>	. . . . .	Gams 933
ob. Barth. (1352)	<b>Lucas</b> <sup>3</sup> )	1353 Jan. 14	Inn. VI a. 1 (t. 224) f. 131

**Thelesin.**<sup>4</sup>) Person. pro se et praedec. Dominico.<sup>5</sup>) Hic Jacobus 1381 Oct. 15 collector apost. in Thelesin., Aquilan., Pennen., Marsican., Aprutin. dioec. et 1389 Aug. 19 vic. gen. in spir. alicujus partis eccl. Sabinen. constitutus erat (Vat. t. 310 f. 133 et t. 312 f. 45).<sup>6</sup>) Qui cum veniret ad Curiam Rom. (Gaetae exist.) pro litteris super hac transl. procurandis, captus est ab infidelibus, quare **Bartholomaeus** Rapuan presb. dioec. Surrentin. ejus consanguineus 1411 Apr. 14 interim administrator eccl. Thel. constituitur a Gre. XII (Vat. t. 337 f. 231 cfr. Lat. t. 100 f. 152).<sup>7</sup>) Consecratur 1413 Mart. 5 in eccl. monast. s. Mariae Montis-virginis sita in platea Nidi civ. Neapol. per Benedictum ep. Capritan. praesent. Angelo ep. Aeerrar., Grimaldo ep. Juvenacen., Petro ep. s. Agathae, Palmide abb. dicti monast. (Cam. t. 3 f. 59). Cfr. not. 6 ad Alifan.**Thermopylen.**<sup>1</sup>) Tempore Bonif. VIII.<sup>2</sup>) Rej. Joanne O. Min.; cfr. Girarelen. ad a. 1349 et Obl. t. 6 f. 213. Iste Nit. commorabatur Avinione a. 1350.<sup>3</sup>) A. 1382 (et 1389) suffr. Bambergen. egisse dicitur; sed hic suffr. Bamb. idem habendus est atque ille qui sequitur **Henricus** (Sirger, Cireker) O. Cist. (de Königsbronn), † 1415 (?) Aug. 11 (cfr. *Päpste, Kard. u. Bischöfe aus dem Cist.-O.*, ed. Willi pag. 54 nr. 259).<sup>4</sup>) Et absol. **Juliani** de Arimino O. Min. 1409 Febr. 25 provisus, qui non curavit expediri litteras apostolicas; confirmatur 1409 Sept. 16 ab Alex. V (Lat. t. 136 f. 107).<sup>5</sup>) Hic Jacobus, cum jam 1411 Mart. 16 ad Theban. translatus sit, videtur idem esse ac praecedens **Jacobus**.<sup>6</sup>) Monachus mon. s. Salv. de Septimo O. Cist. dioec. Florentin.**T(h)ermulan.**<sup>1</sup>) Et renunt. Joannis s. Anastasii de Urbe, tunc Ripae altae dioec. Civitaten. mon. O. Cist. abbatibus atque ob. Joannis de Atella primicerii Capuan. in epum. Therm. el.<sup>2</sup>) Obl. se person. 1319 Jan. 23 (Obl. 6 f. 16). Cfr. not. 2 ad Lubren.<sup>3</sup>) Olim, tunc praepos. Facien., in epum. Licien., quae eccl. falso credebatur vacans, prov. a Cle. VI et cons.

ob. Lucae (1364)	<b>Franciscus</b> de Stella, can. Bojanen., subdiac.	1364 Nov. 27	Urb. V Av. t. 11 f. 65
ob. Francisci	<b>Jacobus</b> de Senis O. Praed., mag. theol.	1372 Sept. 3	Gre. XI Av. t. 11 f. 58
ob. Jacobi	<b>Joannes</b> de s. Gemino O. Min.	1379 Febr. 7	Cle. VII Av. t. 15 f. 430
	<b>Dominicus</b> del Girarda O. Serv. (prov. ab Urb. VI)	c. id. temp.	Gams 933
ob. Domin. (c. 1387)	<b>Andreas</b> , obl. se	1388 Apr. 29	Urb. VI Obl. 48 f. 67
ob. Andr. (1390)	<b>Constantinus</b> , obl. se	1390 Mart. 5	Bon. IX Obl. 48 f. 97
ob. Constantini	<b>Petrus</b> , ep. Scalen.	1395 Dec. 1	Bon. IX a. 7 Lat. l. 62 f. 118
. . . . .	<b>Thomas</b>	c. 1400	} Gams 933
tr. Tho. ad Montiscorv.	<b>Antonius</b> , ep. Montiscorvin.	1402 Dec. 8	
ob. Antonii	<b>Stephanus</b> de Civ. Castellan. O. Min. <sup>4)</sup>	1403 Aug. 8	Bon. IX a. 14 Lat. l. pr. f. 286
tr. Steph. ad Civ. Cast.	<b>Paulus</b> <sup>5)</sup>	1406 Julii 7	Gams 933
ob. Pauli	<b>Antonius</b> de Termulis O. Er. s. A. († 1455)	1422 Nov. 20	Mart. V a. 5 Lat. t. 221 f. 157

**Thessalonicen. (Saloniki)** in Macedonia, metrop.

. . . . .	<b>Nivelo</b> , ep. Suession., ita ut Suess. eccl. retineat	1206 Dec. 10	Inn. III ed. Potth. 2918, 2929
ob. Niv. (1207 Sept. 14)	<b>Petrus</b> (O. Cist.), ep. Iporedien.	1208 Junii 27	ib. nr. 3344, 3529
ren. Petri (cfr. Antioch.)	<b>Guarinus</b> , aep. Verisien., postul., prov.	1210 Mart. 11	ib. nr. 3934, 4422
ob. ultimi aepi.	<b>Ludovicus</b> de Urbeveteri O. Min. (cfr. Verien.)	1345 Julii 30	Cle. VI a. 4 (t. 170) ep. 21
. . . . .	<b>Antonius</b> (O. Min.), tr. ad Milevitan.	1370 Aug. 19	Urb. V Av. t. 22 f. 96
. . . . .	<b>Ludovicus</b> Bonitus, aep. Antibaren.	1395	Gams 432
tr. L. ad Pergam. (1399)	<b>Paulus</b> (de Roma O. Min.), aep. Montisreg.	1418 Apr. 18	Mart. V Arm. XII, 121 p. 122

**Tholonen. v. Tolonen. — Tholosan. v. Tolosan.****Tiberiaden. (Tiberias)** in Palaestina, suffr. Nazaren.<sup>1)</sup>

. . . . .	<b>Eustorgius</b> (1256, † 1273), <b>Guilelmus</b> †	c. 1274	} Gams 454, Syria sacra
ob. Guilelmi	<b>Guilelmus</b> Pilosus	1274, 1283	
. . . . .	<b>Paulus</b> (de Bantsch) O. Cist. (suffr. Vratislav.)	1302—1307	. . . . .
. . . . .	<b>Gualbertus</b>	c. 1334	. . . . .
. . . . .	<b>Franciscus</b> , tr. ad Sorren.	1348 Jan. 9	cfr. Sorren.
. . . . .	<b>Paulus</b> , vic. gen. aepi. Messanen.	1419	cfr. Messanen not. 12

**Tiburnen. v. Triburnen.****Tiburtin. (Tivoli)** in Italia media, immed. subj. (100 fl.)

. . . . .	<b>Jacobus</b> Antonius Colonna, sedet	1209	} Gams 733
. . . . .	<b>Theodinus</b> , sedet	1248	
ob. Th. (a. 1252 Jan. 18)	<b>Beraldus</b> (1253, 1256), <sup>1)</sup> <b>Godifredus</b>	c. 1260	
tr. God. ad Reatin.	<b>Jacobus</b> , cap. R. s. Ang. diac. card., postul., prov.	1265 Dec. 5	Cle. IV a. 1 (t. 32) ep. 188
ob. Jacobi	<b>Sabarisius</b> , can. eccl. s. Caeciliae de Urbe <sup>2)</sup>	1282 Mart. 10	Mart. IV a. 1 (t. 41) ep. 111
ob. Sabarisii	<b>Jacobus</b> O. Min., jam cons a. s. a.	1318 Oct. 2	Jo. XXII a. 3 (t. 69) ep. 90

**T(h)ermulan.**

<sup>4)</sup> Obl. se person. 1403 Oct. 19 (Obl. 57 f. 60) pro se et praeced. Petro, Constantino, Andrea, Dominico.

<sup>5)</sup> Eo ad triennium suspensio interim Antonius Francisci de Florentia (O. Praed. et capellanus collectorque apost. sedis) vic. gen. constituitur a Gre. XII die 27 Maii 1412 (Vat. t. 338 f. 21).

**Tiberiaden.**

<sup>1)</sup> A. 1243 Aug. 4 Inn. IV (a. 1 ep. 49) patriarchae Constantin. mandat, ut . . . epum Tiber., si forte ad aliam eccl. fuerit postulatus, a vinculo eccl. Tiber. absolvat. Cfr. Sidonien. not. 2.

**Tiburtin.**

<sup>1)</sup> Jam el. 1252 Aug. 21 (Reg. Inn. IV ed. Berger nr. 5936).

<sup>2)</sup> Jam cons. ab ipso S. P.

ob. Jacobi	<b>Joannes</b> O. Min., jam cons. a. s. a.	1320 Maii 5	Jo. XXII a. 4 (t. 70) ep. 720
ob. Joannis (1337)	<b>Branca</b> de Urbe O. Praed.	1337	} Ben. XII a. 3 (t. 124) ep. 518
ob. Brancae el. (a. s. a.)	<b>Joannes</b> (de Cors O. Praed.), ep. Tinien.	1337 Oct. 1	
ob. Joa. (1342 m. Aug.)	<b>Nicolaus</b> de Velletro, can. Tridentin., diac. <sup>3)</sup>	1342 Dec. 23	Cle. VI a. 1 (t. 152) ep. 89
.....	<b>Daniel</b> O. . . , obl. se person.	1349 Oct. 24	Cle. VI Obl. t. 22 f. 119
ob. Dan. (1367)	<b>Philippus</b> (de Rufini O. Praed.), ep. Isernien.	1367 Nov. 8	Urb. V Av. t. 17 f. 123
prom. Phil. ad Card.	<b>Petrus</b> Cenci	1380	Gams 733
tr. Petri ad Sutrin.	<b>Nicolaus</b> de Talliacotio, presb. dioec. Marsican.	1384 Maii 1	Cle. VII Av. t. 31 f. 182
.....	<b>Petrus</b> (Staglia), obl. se person.	1393 Sept. 27	Bon. IX Obl. 48 f. 152
ob. Petri (1398)	<b>Dominicus</b> (Valerini), cubicul. S. P. <sup>4)</sup> , obl. se pers.	1398 Sept. 24	Bon. IX Obl. 48 A f. 106
ob. Dom. (1417 Dec. 23)	<b>Sanctus</b> de Cavis, can. Lateran., vicarius urbis	1418 Febr. 14	Mart. V Arm. XII, 121 p. 97
ob. Sancti (1427 Maii 5)	<b>Nicolaus</b> (Cesari al. de Caeciliano) <sup>5)</sup>	1427 Maii 7	Mart. V a. 10 Lat. l. pr. f. 188

**Ticopolen. vel Titiopolen.<sup>1)</sup> — Tifernaten. v. Civitatis Castelli.****Tinarum** al. **Tinen.** (Tino) et **Myconen.** al. **Michunarum** (Mykono) ins. Cycl., suffr. Naxien. (33<sup>1</sup>/<sub>3</sub> fl.)

.....	<b>Bonifatius<sup>1)</sup>, Bartholomaeus</b> (Pasquali O. Praed.)	.....	.....
tr. Barth. ad Torcellan.	<b>Thomas</b> O. Er. s. A., jam cons. a. s. a.	1329 Mart. 6	Jo. XXII a. 13 (t. 92) ep. 3008
.....	<b>Stephanus</b>	c. 1346	cfr. Lindinen. ad a. 1346
.....	<b>Joannes</b>	.....	} Bon. IX a. 11 Lat. l. prov. f. 45
ob. Joannis <sup>2)</sup>	<b>Jacobus</b> Endrigetti de Lavazola O. Praed.	1400 Mart. 31	
ob. Bertucii (!)	<b>Jacobus</b> , ep. Julmen. <sup>3)</sup>	1403 Sept. 21	Bon. IX Lat. t. 107 f. 143
ob. Jacobi	<b>Petrus</b> de Haya O. Carm., mag. theol. <sup>4)</sup>	1411 Julii 16	Jo. XXIII a. 2 Lat. l. pr. f. 274
ob. ....	<b>Antonius</b> de Tibure O. Min.	1418 Aug. 12	Mart. V Arm. XII, 121 p. 107
tr. Ant. ad Civ. novae	<b>Jacobus</b> de Venetiis O. Min.	1428 Maii 21	Mart. V a. 11 Lat. l. pr. f. 149
ob. Jacobi	<b>Marcus</b> Sclavus de Candia O. Min. <sup>5)</sup>	1430 Oct. 25	Mart. V a. 13 Lat. l. pr. f. 134

**Tinen.** in Armenia, suffr. Tarsen., titul.<sup>1)</sup>**Tini(ni)en.** (Knin) in Dalmatia, suffr. Spalaten. (150 fl.)

.....	<b>Micusus</b> (Michus, 1210. 1226), <b>Ladislaus</b>	1263	} Gams 423
ob. Lad. (c. 1272)	<b>Nicolaus</b> , cons.	1272 Dec. 25	
ob. Nic. (1274)	<b>Y.</b> (1274), <b>Petrus</b> Boncher O. Praed.	1290	
.....	<b>Leonardus</b> de Spalato	.....	

**Tiburtin.**<sup>3)</sup> Rej. Jacobo adiac. Tiburtin. a cap. el.<sup>4)</sup> Ei conceditur 1398 Nov. 25. ut parochialem eccl. in Gleve (Cleve) dioec. Colonien., quam ante promot. obtinebat, etiam post-hac retinere possit (Lat. t. 71 f. 108).<sup>5)</sup> Can. eccl. ss. Celsi et Juliani de Urbe († 1450).**Ticopolen.**<sup>1)</sup> Ipso die 9 Nov. 1389, quo Bon. IX coronatur, litterae sunt datae super promotione **Joannis** de Karlestadt O. Er. s. A. ad eccl. Ticopolen. per ob. **Waltheri** vac. ab Urb. VI die 10 Junii 1387 facta, in quibus litteris insuper scriptum est, eum apud sedem apost. a b. m. Petro patr. Graden. tunc aepe. Tarentin. munus consecr. recepisse (Lat. t. 5 f. 152). Cfr. not. 2 ad Nicopolen.**Tinarum.**<sup>1)</sup> A. 1296—1300 in dioec. Constantien. et a. 1295—1297 in dioec. Herbiopolen. pontificalia exercebat; ecclesia, cui praeerat, tum Dinen. tum Tinen. tum Thyenen. nominatur. Cfr. Tinen. in Arn.<sup>2)</sup> Et absol. **Marci** de Palmerio O. Praed., qui infra tempus debitum non curavit expediri litteras apost. Cfr. infra not. 5.<sup>3)</sup> Liberatur a solv. communi serv. propter paupertatem 1403 Dec. 14 (Obl. 57 f. 63).<sup>4)</sup> Desideratur apud *Gams* p. 408.<sup>5)</sup> **Joannes** ep. Tin. et Myc. 1426 (?) epi. Brixinen. et 1429 epi. Tridentin. suffr. egisse dicitur; forsitan agitur de **Joanne** ep. Tininien. a. 1428 promot. aut loco „Tin. et Myc.“ legendum est: „Tinen. in Armenia“.**Tinen.**<sup>1)</sup> Huic eccl., quae alia est ac Tinarum seu Tinen., per ob. **Raimundi** Columbi O. Min. vac. Cle. VII (Av. t. 22 f. 20) 1381 Junii 29 **Guilelmum** Jacobi de Ruppe O. Min., qui in diversis sui Ord. locis lector et guardianus extitit, praefici jussit, et Mart. V (Arm. XII, 121 p. 241) ad eandem eccl. per ob. . . vac. **Petrum** Beyaze O. Min. mag. theol. promovit.

ob. Leon. (1322) <sup>1)</sup>	<b>Joannes</b> de Cors (de Gebenna) O. Praed.	1334 Sept. 16	Jo. XXII a. 19 (t. 108) ep. 12
tr. Joa. ad Tiburtin.	<b>Thomas</b> (sedet 1339) <sup>2)</sup> , <b>Nicolaus</b> , sedet	1344	Gams 423
. . . . .	<b>Dionysius</b> de Laszk, obl. se person. <sup>3)</sup>	1348 Mart. 24	Cle. VI Obl. t. 22 f. 56
tr. Dion. ad Zagrab.	<b>Blasius</b> O. . . ., obl. se <sup>4)</sup>	1354 Sept. 4	Inn. VI Obl. t. 22 f. 198
ob. Blasii	<b>Joannes</b> , praepos. s. Adalberti Jaurien.	1357 Apr. 28	Inn. VI Av. t. 17 f. 221
tr. Joa. ad Gurcen.	<b>Nicolaus</b> , dec. eccl. de Brassow dioec. Strigon. <sup>5)</sup>	1365 Sept. 5	Urb. V Av. t. 10 f. 120
tr. Nic. ad Cenadien.	<b>Paulus</b> , praepos. eccl. Cibinien. dioec. Transilvani.	1373 Maii 16	Gre. XI Av. t. 18 f. 60
ob. Pauli	<b>Petrus</b> de Marnhaco O. Min. (cf. Vat. t. 297 f. 143)	1386 Febr. 19	Cle. VII Av. t. 41 f. 98
. . . . .	<b>Michael</b> de Ragusio, cancellarius regis Bosniae	1390 Junii 2	(prov. ab Urb. VI) Gams 423
amot. Ladislai	<b>Ladislau</b> (ep. Varnen.), obl. se <sup>6)</sup>	1397 Maii 21	Bon. IX Obl. 48 A f. 87, 97
ob. Ladislai	<b>Nicolaus</b> , lector ips. eccl.	1406 Mart. 10	inn. VII Lat. t. 1251 . 241
ob. Nicolai	<b>Nicolaus</b> de Corbavia O. Min.	1418 Dec. 5	Mart. V Arm. XII, 12 fp. 112
	<b>Joannes</b> , praepos. eccl. Casinen. dioec. Zagrab.	1428 Maii 21	Mart. V a. 11 Lat. l. pr. f. 175

**Tirasonen. (Tarazona)** in Hispania, suffr. Caesaraugustan. (1000 fl.)

ob. Garsiae (1218)	<b>Garsias</b> Frontin (el. 1219), <b>Petrus</b> ?	. . . . .	} Gams 78
. . . . .	<b>Garsias</b> (1258), <b>Alfonsus</b>	c. 1263	
. . . . .	<b>Fortunius</b> (1270, 1277), <b>Garsias</b>	1280	
ob. Garsiae	<b>Petrus</b> , adiac. Terraconen. <sup>1)</sup>	1289 Febr. 12	Nic. IV a. 1 ep. 325 (501)
ob. Petri (c. 1304)	<b>Petrus</b> (c. 1305), <b>Michael</b> Ximenez de Urrea	c. 1311	Gams 78
ob. Michaelis	<b>Petrus</b> (Arnan de Torres) <sup>2)</sup> , el., prov.	1317 Junii 12	Jo. XXII a. 1 (t. 66) ep. 3069
ob. Petri	<b>Bertrandus</b> (de Cormidela), can. et el. Oscen. <sup>3)</sup>	1324 Dec. 17	Jo. XXII a. 9 (t. 78) ep. 815
ob. Bertrandi	<b>Sanctius</b> (Lopez) de Agerbia (Ayerbe) O. Min.	1343 Dec. 5	Cle. VI a. 2 (t. 157) ep. 194
tr. Sanc. ad Terracon.	<b>Goffridus</b> , praepos. eccl. s. Gaugerici <sup>4)</sup>	1346 Nov. 20	Cle. VI a. 5 (t. 173) ep. 44
ob. Gaufridi	<b>Petrus</b> (Calvillo), sacrista Tirason., el., prov.	1354 Jan. 27	Inn. VI Av. t. 6 f. 29
ob. Petri	<b>Ferdinandus</b> (Perez Calvillo), ep. Vicen.	1391 Dec. 4	Cle. VII a. 14 (t. 303) ep. 8
prom. Ferd. ad Card.	ipse <i>in admin.</i> (cfr. l. c. t. 24 f. 61)	1397 Sept. 23	Ben. XIII Av. t. 21 f. 53
ob. Ferd. (c. 1404)	<b>Berengarius</b> (de Ribalta) <sup>5)</sup>	1404 Julii 21	Ben. XIII Av. t. 31 f. 507
ob. Bereng. el.	<b>Franciscus</b> (Clemente), ep. Majoricen., <i>in admin.</i>	1405 Mart. 18	Ben. XIII Av. t. 40 f. 141
rev. h. admin. <sup>6)</sup>	<b>Joannes</b> (de Valtierra), adiac. Segobricen. <sup>7)</sup>	1407 Junii 17	Ben. XIII Av. t. 49 f. 108

**Tirnovitan. al. Ternobien. s. Zagoren. (Tirnova)** in Bulgaria.<sup>1)</sup>**Tini(ni)en.**

<sup>1)</sup> Inter eum et Joannem apud *Gams* ponuntur Nicolaus el. 1322 et Archangelus el. 1330; sed in litteris, quibus Joannes de Cors ad eccl. Tinien. promovetur, ipsa per ob. Leonardi vacans dicitur. Forsan dieti Nicolaus et Archangelus non Tinien., sed Tinen. epi. erant, aut ab apost. sede non veri eppi. Tinin. reputabantur.

<sup>2)</sup> Commorabatur Avinione a. 1339—1350; ante a. 1344 resignasse videtur.

<sup>3)</sup> Pro se et praedec. Joanne. Idem esse videtur ac ille Doymus de Spalato adiac. Tinien., qui a Venetianis 1349 (1348?) Mart. 12 ad instantiam bani Bossinae Summo Pont. pro epatu. Tinien. commendatus est.

<sup>4)</sup> Pro se et praedec. Dionysio ac Blasio. Cfr. Vet. Mon. Slav. Merid. I, 228.

<sup>5)</sup> Cfr. Vat. Mon. Slav. Merid. I, 273.

<sup>6)</sup> Pro se et praedec. **Dionysio** et **Blasio** supradictis (ad a. 1354 et 1348).

**Tirasonen.**

<sup>1)</sup> Rej. Lupo decano Tirason. a cap. el. Exstant alterae litterae prov. d. d. 1289 Mart. 13 (a. 2 ep. 19 ed. *Langlois* 675).

<sup>2)</sup> Adiac. de Calatajubio in eccl. Tirason; cfr. t. 65 ep. 2129.

<sup>3)</sup> Rej. Petro de Orrea can. Tirason. a cap. el.

<sup>4)</sup> Dioec. Cameracen., subdiac.

<sup>5)</sup> Prior domus sepulchri Dom. Hieros. s. Annae Barchinonen. O. s. A., bacc. in decr.

<sup>6)</sup> A Gre. XII **Antonio** epo. Tirason. 1411 Aug. 7 conceditur facultas concionandi contra scismaticos in regno Trinacriae (Vat. t. 337 f. 251).

<sup>7)</sup> Leg. doctor, referend. S. P., in min. const. († 1433).

**Tirnovitan.**

<sup>1)</sup> (**Basilus**) aep. Tirn. et primas Bulgarorum et Blacorum 1204 Febr. 25 ab Inn. III (ed. *Pothast* 2137—2145) palleo unacum Anastasio Belesbudien. et (Sava) Prosthlaen. aepis. insignitur. Eorum suffragane ierant epi. Scopien., Prisdian. seu Pristinien., de Nisosen. Lomsien. (*Nisch*), Bydinen. seu Bidinen. (Widdin), et Brandizuberen. seu Brunziberen. (*Branitschevo*). — Nicolaus IV 1291 Mart. 23 aepum. Bulgar. monet, ut fidem, quam Romana tenet ecclesia, inconcusse teneat et Georgium imperat. Bulgar. populosque ei subditos ad eandem fidem tenendam dirigat et inducat (*Pothast* nr. 23620 et Bullarii Francisc. Epit. pag. 193 nr. 1910).

**Toletan (Toledo) in Hispania, metrop (8000 fl.)<sup>1)</sup>**

ob. Martini (1208)	( <b>Rodericus</b> O. Cist.), ep. Oxomen., postul., prov.	1209 Febr. 27	Inn. III ed. Potthast 3680
ob. Rod. (1247 Junii 10)	( <b>Joannes</b> de Medina Pomar) <sup>2)</sup>	1248 Febr. 20	Inn. IV a. 5 ep. 606 s. (3655 s.)
ob. Joa. (1248 Jul. 23)	( <b>Guterius</b> ), ep. Corduben.	1249 Febr. 6	Inn. IV a. 6 ep. 349 (4341)
ob. Gut. (1250 Aug. 9)	<b>Sancius</b> , adiac. Toletan., e regia stirpe procreatus <sup>3)</sup>	1251 Mart. 11	Inn. IV a. 8 ep. 400 (5135)
ob. Sane. (1261 Oct. 27)	<b>Dominicus</b> Pascasius, el.	1262 Mart. 2	} Cle. IV a. 2 (t. 32) ep. 117, 158
ob. Dom. Pasc. el.	<b>Sancius</b> , de regia stirpe ortus <sup>4)</sup>	1266 Aug. 21	
ob. Sanc. (1275 Oct. 21)	<b>Ferdinandus</b> Rodriguez Covarrubias <sup>5)</sup>	1276	} Gams 81
res. Ferdinandi el.	<b>Gundisalvus</b> Garsiae Gudiel, ep. Burgen.	1280 Maii 3	
prom. G. ad Albanen.	<b>Gundisalvus</b> (Didaci Palomeque), ep. Conchen. <sup>6)</sup>	1299 Jan. 16	Bon. VIII a. 4 ep. 438 (2832)
ob. Gund. (1310 Nov. 2)	<b>Guterius</b> (Gometii), adiac. ips. ecel., el., prov.	1311 Mart. 13	Cle. V a. 6 ep. 314 (6707)
ob. Guterii	<b>Joannes</b> (de Aragonia), decanus Burgen., clericus <sup>7)</sup>	1319 Nov. 14	Jo. XXII a. 4 (t. 70) ep. 171
tr. Joa. ad Alexandrin. <sup>8)</sup>	<b>Eximinius</b> (de Luna). aep. Terraconen.	1328 Aug. 17	Jo. XXII a. 12 (t. 87) ep. 2677
ob. Eximini	<b>Aegidius</b> (Albornoz), adiac. de Calatrava <sup>9)</sup>	1338 Maii 13	Ben. XII a. 4 t. 126 ep. 131
prom. Aeg. ad Card.	<b>Gundisalvus</b> (de Aguilar), aep. Compostellan.	1351 Jan. 4	Cle. VI a. 9 (t. 199) ep. 28
ob. Gund. (1353)	<b>Blasius</b> (Fernandez de Toledo), ep. Palentin.	1353 Junii 17	Inn. VI Av. t. 2 f. 54
ob. Blasii (1362 Mart. 7)	<b>Gometius</b> (Manrique), aep. Compostellan.	1362 Maii 2	Inn. VI Av. t. 28 f. 110
ob. Gom. (1375 Dec. 19)	<b>Petrus</b> Tenorio, ep. Colimbrien.	1377 Jan. 13	Gre. XI Av. t. 30 f. 18
ob. Petri (1399 Maii 28)	<b>Petrus</b> (de Luna), praepos. Valentin., clericus <sup>10)</sup>	1403 Julii 30	Ben. XIII Av. t. 30 f. 60
ob. P. (1414 Sept. 19) <sup>11)</sup>	<b>Sanctius</b> (de Rojas), ep. Palentin.	1415 Junii 26	Ben. XIII Av. t. 86 f. 238
ob. Sane. (1422 Oct. 24)	<b>Joannes</b> Martini (de Contreras), el., prov.	1423 Julii 2	Mart. V Arm. XII, 121 p. 164

**Tolonen. (Toulon) in Gallia, suffr. Arelaten. (400 fl.)**

res. Desiderii (1201) <sup>1)</sup>	<b>Pontius</b> Rausinus (Ransinus) O. Can. s. A.	1201	} Gams 636, 637
res. Pontii	<b>Guilelmus</b> de Soliers (res.), <b>Stephanus</b>	1212	
res. Stephani	<b>Joannes</b> Baussan, sedet	1223 m. Aug.	
tr. Joa. ad Arelaten.	<b>Raimundus</b> de Saint-Jal, sedet	1235	
ob. Raim. (1255)	<b>B.</b> (sed. 1257), <b>Gualterus</b> Gaufredi	1266	
ob. Gaufr. (1277)	<b>Joannes</b> (1279, 1303), <b>Raimundus</b> Rostagni	1305	
ob. Raim. (1311)	<b>Pontius</b> , sedet	1314	
ob. Pontii	<b>El(i)zarius</b> (de Glandèves). praepos. ips. ecel.	1317 Oct. 2	
. . . . .	<b>Hugo</b> (sed. 1324), <b>Petrus</b> Guilelmi	1325	
tr. Petri ad Aurasicen.	<b>Fulco</b> (O. Praed.), ep. Vencien.	1328 Sept. 6	
ob. Fulconis	<b>Jacobus</b> (O. Praed.), ep. Corisopiten.	1330 Aug. 31	Jo. XXII a. 11 (t. 96) ep. 3807
ob. Jacobi (1341) <sup>2)</sup>	<b>Hugo</b> (le Baille O. Er. s. A.), ep. Eugubin.	1345 Dec. 9	Cle. VI a. 1 (t. 170) ep. 31

**Toletan.**

<sup>1)</sup> Haec ecel. declaratur primatialis in toto Hispaniarum regno 1218 Jan. 5 et 25 ab Hon. III (a. 2 epp. 797, 798, 816 ed. *Press.* 976, 977, 1022 cf. 979, 980, 1012); cfr. not. I ad Compostellan.

<sup>2)</sup> Rej. **Aegidio** ss. Cosmae et Dam. diac. card. (II, I) a capit. postul.

<sup>3)</sup> (Filius Ferd. III regis Cast.), postul. *in aepum.*, prov. *in procur.* (cons. 1259); cfr. l. c. ep. 405 (5140).

<sup>4)</sup> Abbas saec. ecel. Vallisoleti dioec. Palentin., capell. S. P., def. aet. patiens. Rej. Armengoto adiac. Talaverae in ecel. Tolet. et mag. Martino decano Burgen. in disc. el.

<sup>5)</sup> Cfr. litt. Mart. IV 1286 Nov. 28 datas (Reg. nr. 675).

<sup>6)</sup> Ei 1309 Apr. 20 a Cle. V (a. ep. 367 ed. *Mon. Ben.* 4049) committitur plenae legationis officium in Castellae, Legionis, Toleti, Galetiae, Hispaniae, Cordubae, Murciae, Jahenni et Algarbiae regnis et dominio de Molino.

<sup>7)</sup> Capell. S. P., regalibus ortus natal., 27 a. agens.

<sup>8)</sup> Collata ei simul admin. ecel. Terraconen.

<sup>9)</sup> In ecel. Toletan., capell. S. P., decr. doctor, diac., el., prov.

<sup>10)</sup> Decr. doctor, consecr. 1405 Jul. 5 ab ipso Ben. XIII, patruo suo; non confundendus cum illo Petro de Luna praepos. Valentin., qui a. 1410 fit admin. Dertusen.; cfr. Reg. Vat. t. 326 f. 319.

<sup>11)</sup> De redditibus ecel. Toletan. sic vac. assignavit Ben. XIII (Av. t. 70 f. 352) 1415 Apr. 5 annuam pensionem 200 fl. auri de Arag. Henrico epo. Militen., qui in eadem pontificalia exercuisse videtur.

**Tolonen.**

<sup>1)</sup> Hic annus non congruit cum litteris Alex. IV 1251 Maii 10 datis, e quibus patet eo tempore quendam *Rostagnum* electum Tolonen. fuisse.

<sup>2)</sup> Secundum *Gams* p. 637, ubi inter eum et Hug. ad a. 1342 Joannes de Corbea positus est.

ob. Hugonis	<b>Petrus</b> Gaufridi O. Er. s. A.	1355 Mart. 23	mm. VI a. 3 (t. 228) ep. 85
ob. Petri	<b>Raimundus</b> (Draconis) O. Er. s. A., mag. theol.	1361 Junii 18	Inn. VI Av. t. 27 f. 177
tr. Raim. ad Forojulien.	<b>Guilelmus</b> (de la Voute), abbas mon.... O. S. B.	1364 Nov. 13	Urb. V Av. t. 10 f. 563
tr. Guil. ad Massilien.	<b>Joannes</b> (Stephani), adiac. Figiaci <sup>3</sup> )	1368 Sept. 27	Urb. V Av. t. 17 f. 164
ob. Joannis	<b>Petrus</b> de Marvilla O. Praed.	1395 Febr. 1	Ben. XIII Av. t. 1 f. 159
ob. Petri (1402 Sept. 4)	<b>Joannes</b> de Gimbrozio O. Praed.	1403 Apr. 2	Ben. XIII Av. t. 30 f. 57
ob. Joannis (1409)	<b>Vitalis</b> Valentini O. Min., mag. theol. <sup>4</sup> )	1409 Oct. 23	Arm. XII, 121 p. 17
tr. Vit. ad Salmastren. <sup>5</sup> )	<b>Nicolaus</b> Draco, praecentor Tol., prov. a Mart. V	1425 Maii 25	ib. p. 188

**Tolosan. (Toulouse)** in Gallia, suffr. Narbonen., ab a. 1317 metrop.<sup>1)</sup> (5000 fl.)

ob. Fulchrandi <sup>2</sup> )	<b>Raimundus</b> de Rabastenes (adiac. Agennen.)	1202	} Gams 638
depos. Raimundi <sup>2</sup> )	<b>Fulco</b> de Massilia (O. Cist.), sedet	1205	
ob. Fule. (1231 Dec. 25)	<b>Raimundus</b> de Felgar O. Praed., el.	1232 Mart. 21	
ob. Raim. (1270 Oct. 19)	<b>Bertrandus</b> de l'Isle Jourdain, el.	1270 Oct. 20	
ob. Bertr. (1286 Febr. 3)	<b>Hugo</b> Mascaron (O. S. A.)	1286	cfr. Reg. Nic. IV nr. 1694
ob. Hug. (1296 Dec. 2)	<b>Ludovicus</b> O. Min., filius Caroli regis Siciliae <sup>4</sup> )	1296 Dec. 30	Bon. VIII a. 2 ep. 630 (1521)
ob. Lud. (1297 Aug. 19)	<b>Arnaldus</b> (Roger de Cominges) <sup>5</sup> ), el., prov.	1297 Dec. 2	Bon. VIII a. 3 ep. 502 (2176)
ob. Arn. (1298 m. Oct.)	<b>Petrus</b> (de la Chapelle Taillefer), ep. Carcasson.	1298 Oct. 25	Bon. VIII a. 4 ep. 352 (2744)
prom. Petri ad Card.	<b>Ga(y)lhardus</b> (de Preyssae) <sup>6</sup> ), capell. S. P.	1306 Jan. 22	Cle. V a. 1 f. 91 (ep. 532)
tr. Gall. ad Regen.	<b>Joannes</b> (Raimundi de Coingnes), ep. Magalon.	1317 Nov. 13	Jo. XXII a. 2 (t. 67) ep. 345
prom. Joa. ad Card.	<b>Guilelmus</b> (de Laudun), aep. Viennen.	1327 Dec. 19	Jo. XXII a. 12 (t. 85) ep. 446
res. Guilelmi	<b>Raimundus</b> (de Canillac), praepos. Magalon.	1345 Mart. 28	Cle. VI a. 4 (t. 169) ep. 25
prom. Raim. ad Card.	<b>Stephanus</b> (Aldobrandi), aep. Arelaten.	1350 Dec. 22	Cle. VI a. 9 (t. 204) ep. 31
ob. Steph. (1360 Mart. 15)	<b>Gaffredus</b> (de Veyrols), ep. Carcassonen.	1361 Mart. 10	Inn. VI Av. t. 27 f. 149
ob. Gaffr. (1376 Mart. 10)	<b>Joannes</b> (de Cardillac), patr. Alex., in admin. <sup>6</sup> )	1378 Nov. 8	Cle. VII Av. t. 15 f. 441
ob. J. patr. et admin. <sup>7</sup> )	<b>Franciscus</b> (de Conzieu), aep. Arelaten.	1390 Oct. 17	Cle. VII Av. t. 57 f. 94
tr. Franc. ad Narbon.	<b>Petrus</b> (de Saint-Martial), ep. Carcasson.	1391 Sept. 19	Cle. VII Av. t. 61 f. 185
ob. Petri (1401 Dec. 1)	<b>Petrus</b> (Rabati), ep. s. Pontii Thom. <sup>8</sup> )	1405 Sept. 18	Ben. XIII Av. t. 40 f. 175
amot. Petri (Rabati)	<b>Vitalis</b> (de Castromaurono), ep. s. Pontii Thom. <sup>9</sup> )	1409 Julii 29	Alex. V Lat. t. 136 f. 149
ob. Vit. (1410 Aug. 1)	<b>Dominicus</b> (de Florentia O. Praed.), ep. Albien.	1410 Aug. 24	Jo. XXIII a. 1 Lat. l. 7 f. 219
ob. Dom. (1422 Mart. 17)	<b>Dionysius</b> de Molendino (du Moulin) <sup>10</sup> )	1423 Mart. 10	Mart. V Arm. XII, 121 p. 161 <sup>11</sup> )

**Tolonen.**

<sup>3</sup>) In eccl. Caturcen., notarius apost., S. P. famil. exper. notus. Qui propter aliquot sibi adversantes in civ. Tolonen. et in loco de Areis officii sui debitum exercere non potuit, quare Clem. VII (Vat. t. 296 f. 145) 1385 Jul. 26 Jacobum Fayssenqui O. Min. mag. theol. in civ. et loco praedictis administratorem in spir. et temp. deputavit.

<sup>4</sup>) Prov. ab Alex. V; obl. se 1410 Febr. 17 (Obl. 56 f. 22).

<sup>5</sup>) Qui huic transl. non consensit, ita ut Nicolaus nonnisi post obitum ipsius Vitalis sedem episc. Tolon. obtinere posset. Quo Vitali jam mortuo habito 1418 Dec. 22 administratio eccl. Tolon. Guilelmo (Fillastre) S. R. E. card. commissa est a Mart. V (a. 2 Lat. l. 32 f. 49).

**Tolosan.**

<sup>1</sup>) Divisa dioecesi Tolos. in has quinque: Tolosan., Montisalban., s. Papuli, Lomberien. et Riven. Cfr. Jo. XXII a. 1 (t. 63) epp. 152 et 359 de cur. et a. 2 (t. 67) ep. 997 comm. atque Cle. V a. 3 ep. 680 (3045).

<sup>2</sup>) Cfr. Convenarum not. 1.

<sup>3</sup>) Cfr. Inn. III ed. *Pothast* 2557.

<sup>4</sup>) Jam cons. ab ipso S. P. Pro comm. serv. 6000 libr. Turon. debet solvere ad festum Nativ. Dni. prox. vent. (Obl. t. 1 f. 6). A. 1274 m. Febr. natus, a. 1317 inter sanctos relatus.

<sup>5</sup>) Praepos. Tolos., nobilis, quocum ad cautelam dispens. super def. nat. et act. (Bon. VIII a. 3 ep. 517 ed. *Digard* nr. 2193 et a. 4 ep. 60 ed. *Digard* nr. 2451).

<sup>6</sup>) Prior saec. eccl. s. Caprasii de Agennio. Jam aliquot mensibus ante ei haec administratio ab Urb. VI commissa erat.

<sup>7</sup>) Jam 1379 Jan. 24 Cle. VII (Av. t. 15 f. 423) Petrum (Cros) aep. Arelaten. ad Tolosan. transtulit, sed haec translatio effectum non habuit.

<sup>8</sup>) Jam tunc Vitalis de Castromaurono in aepum. Tolosan. electus erat, qui etiam possessionem ipsius aepatus. obtinuit et Petrum „per gentes armigeras et potentiam laicalem“ eadem spoliavit, spreto epatu. s. Pontii Thom. a Ben. XIII sibi oblato; hic Christifideles civ. et dioec. ac prov. Tolosan. frusta monebat, ut Petro, non autem Vitali tamquam vero aepo. Tolosan. obedirent, quare illi interim administrationem eccl. s. Pontii commisit. Cfr. Ben. XIII Av. t. 48 f. 37, t. 51 f. 25, 33 et 61, t. 53 f. 527. Ille Petrus 1408 Sept. 20 in S. R. E. card. promotus, remanet *admin.* Tolosan. (Ben. XIII Av. t. 54 f. 604).

<sup>9</sup>) Obl. se person. 1409 Aug. 17 (Obl. 56 f. 5).

<sup>10</sup>) Cantor eccl. Viennen., in utr. jure lic., subdiac. (cassata prius electione de eo et Raimundo Mairosii can. Tolosan. in disc. facta).

<sup>11</sup>) Cfr. Lat. t. 233 f. 299 ac t. 231 f. 181 et 257.

**Torcellan (Torcello)** in Italia super., suffr. Graden. al. Aquilegen. (200 fl.)

.....	<b>Joannes</b> Moro (c. 1200), <b>Bonus</b> Balbi, sedet	1212 m. Febr.	} Gams 772
ob. Joa. (1215 Sept. 9)	<b>Stephanus</b> Natali	1216 Mart. 20	
ob. Steph. (p. 1426)	<b>Godefridus</b> O. Praed., capell S. P. <sup>1)</sup>	1253 Junii 20	Inn. IV a. 10 (t. 22) ep. 779
.....	<b>Aegidius</b> Gallucci O. Praed., sedet	1259 Dec. 5	} Gams 772
.....	<b>Henricus</b> Contarini	c. 1289	
ob. Henrici <sup>2)</sup>	<b>Alero</b> (Ricciardi), capell. S. P., jam cons. a. s. a.	1290 Sept. 16	Nic. IV a. 3 epp. 413. 443
ob. Aler. (c. 1303)	<b>Franciscus</b> Tagliapietra	1303 m. Nov.	} Gams 772
ob. Fr. (p. 1313 Jan. 10)	<b>Franciscus</b> Dandolo (1313), <b>Dominicus</b>	c. 1314	
tr. Dom. ad Graden.	<b>Julianus</b> , prior mon. s. Georgii maj. <sup>3)</sup>	1317 Dec. 23	Jo. XXII a. 2 (t. 67) ep. 347
ob. Jul. (a. s. a.)	<b>Tholomaeus</b> (de Lucca) O. Praed.	1318 Mart. 15	ib. ep. 654
ob. Tholomaei	<b>Bartholomaeus</b> (Pasquali O. Praed.), ep. Tinen.	1327 Junii 2	Jo. XXII a. 11 (t. 84) ep. 2959
ob. Barth. (1335)	<b>Jacobus</b> Morosini	1335	Gams 772
ob. Jac. (1351 Maii 7)	<b>Petrocinus</b> (Casalesco), abbas mon. s. Cypr. <sup>4)</sup>	1351 Junii 10	Cle. VI a. 10 (t. 207) ep. 24
tr. Petr. ad Ravennat.	<b>Joannes</b> de Caturco O. Min., mag. theol.	1362 Maii 18	Inn. VI Av. t. 28 f. 106
ob. Joannis	<b>Paulus</b> Balardi, praepos. Faventin., lic. in leg.	1367 Jan. 15	Urb. V Av. t. 15 f. 86
ob. Pauli	<b>Philippus</b> <sup>5)</sup> , adiac. eccl. Motonen., subdiac.	1373 Dec. 14	Gre. XI a. 3 (t. 272) f. 128
ob. Philippi	<b>Donatus</b> Greppa	1405 Julii 10	Inn. VII a. 1 Lat. I. mixt. f. 36
ob. Don. (p. 1418 Feb 18)	<b>Petrus</b> (Nani), ep. Civ. novae	1418 Apr. 18	Mart. V Arm. XII, 121 p. 101
ob. Petri (1426)	<b>Philippus</b> (Paruta), ep. Aemonen.	1426 Apr. 2	Mart. V a. 9 Lat. I. 122 f. 300

**Tornacen (Tournay)** in Belgio, suffr. Remen. (5000 fl.)

ob. Stephani (1203) <sup>1)</sup>	<b>Gossuinus</b> , cons.	1204	} Gams 251	
ob. Goss. (1218 Oct. 29)	<b>Gualterus</b> Marvisius, cons.	1219		
ob. Gualt. (1251)	<b>Gualterus</b> Crucius	1251		
ob. Gualt. (1261 Feb. 14)	<b>Joannes</b> Buchianus	1261		
ob. Joannis (1266)	<b>Joannes</b> Enghianus	1267		
tr. Joa. ad Leodien.	<b>Philippus</b> Meusius	1274		
ob. Philippi (c. 1282)	<b>Michael</b> de Warengnien	1282		
ob. Michaelis (1291)	<b>Joannes</b> Wasonius	1292		
ob. Joannis (1300) <sup>2)</sup>	<b>Guido</b> de Bologna, can. Claromonten., nobilis <sup>3)</sup>	1301 Febr. 28		Bon. VIII a. 7 (t. 50) ep. 23
tr. Guid. ad Camerac.	<b>Elias</b> de Ventadoro, decanus Ancien., clericus	1324 Mart. 28		Jo. XXII a. 8 (t. 76) ep. 893
res. Eliae el.	<b>Guilelmus</b> (Ventador) <sup>4)</sup>	1326 Oct. 15	Jo. XXII a. 11 (t. 114) ep. 69	
ob. Guil. (1333)	<b>Theobaldus</b> <sup>5)</sup> , adiac. Bituricen., diac.	1333 Maii 31	Jo. XXII a. 17 (t. 105) ep. 26	
ob. Theobaldi	<b>Andreas</b> (Ghini), ep. Atrebaten. <sup>6)</sup>	1334 Sept. 12	Jo. XXII a. 19 (t. 108) ep. 2	
prom. Andr. ad Card.	<b>Joannes</b> (de Prés), ep. Lingonen.	1342 Sept. 25	Cle. VI a. 1 (t. 152) ep. 54	
ob. Jo. (1349 Junii 13)	<b>Petrus</b> de Foresta, can. Parisien., diac. <sup>7)</sup>	1349 Julii 24	Cle. VI a. 8 (t. 195) ep. 20	
tr. Petri ad Parisien.	<b>Philippus</b> (Arboisius), ep. Noviomen.	1351 Jan. 3	Cle. VI a. 9 (t. 204) ep. 40	

**Torcellan.**

<sup>1)</sup> A capitulo Torc. interim **Simeon** Maurus pleb. eccl. s. Barnabae de Venetiis et **Joannes** Longus apresb. Castellan. in disc. electi erant, quare Inn. IV (a. 11 t. 23 ep. 122) inquiri jussit 1253 Aug. 13; cassatis his elect. Godefridus paulo ante 27 Aug. 1254 ab ipso S. P. (a. 12 t. 23 ep. 166) munus consecr. accepit.

<sup>2)</sup> Et resign. **Maynardi** can. Ceneten. el. et confirm.

<sup>3)</sup> De Venetiis O. S. B., qui 1318 Jan. 15 obtinet lic. redeundi a Curia Rom. (Avinione). Desideratur apud *Gams* p. 772.

<sup>4)</sup> O. S. B. dioec. Torcell., decr. doctor.

<sup>5)</sup> Desideratur apud *Gams* l. c., ubi legimus, Paulum Balardi adhuc 26 Febr. 1405 vixisse.

Hierarchia catholica medii aevi. I<sup>o</sup>.

**Tornacen.**

<sup>1)</sup> Hic Stephanus, natus 1128 Febr. 18, ante prom. in epum. Torn. erat abbas mon. s. Genovefac Paris. O. S. B. (1176—1192).

<sup>2)</sup> Et resign. **Joannis** Murii (secundum *Gams*).

<sup>3)</sup> Rej. **Stephano** adiac. Brugen. in eccl. Tornacen. et mag. **Gaufrido** de Fontanis can. ips. eccl. in disc. el.

<sup>4)</sup> Decanus mon. de Carennaco O. Clun. dioec. Caturcen.

<sup>5)</sup> Desideratur apud *Gams*.

<sup>6)</sup> Rej. **Joanne** de Portali adiac. Tornacen. a cap. el.

<sup>7)</sup> Cfr. Cenomanen. ad a. 1347.

ob. Phil. (1377)	<b>Petrus</b> (d'Auxy), can. Torn., leg. doctor, el., prov.	1379 Maii 18	Cle. VII Av. t. 15 f. 451
ob. Petri	<b>Ludovicus</b> (Trémouille), adiac. . . . <sup>8)</sup>	1388 Mart. 2	Cle. VII Av. t. 50 f. 343
ob. Ludovici (1410)	<b>Joannes</b> (de Thoisy), ep. Autissiodoren. († 1433)	1410 Sept. 17	Jo. XXIII a. 1 Lat. 1. 7 f. 255
ob. Philippi suprad.	<b>Joannes</b> de West, decanus ipsius eccl. <sup>9)</sup>	1380 Maii 15	} Urb. VI Obl. 48 f. 27
